

Vendulus, qui causam actis non invenit, & post inventi volens Principibus parentibus satisfacere, & amicitiam Caesaris non dimittere? Conveniunt quas non erant conventientia testimonia causa non invenitur in lege, & secundum legem debet vel innocens mori. Quid non facerent actores potentes rabula iudice, dum illorum propositum de medio innocenter tollere? Adorabant fibrem; ac pro Dei zelo proprium & cogitatum defendebant errorem.

14. Precipitium & causam dicit falsidians David. *Usque quo gravi corde? Ut quid diligitis vanitatem & quaritis mendacium?* Perperam cuncta decretata, ubi stabiliuntur uti leges errata, gravitate cordis & levitate Præsidis, fulcimine rabula, iure crumena.

Gratia pro rebus meritis debetur in septis? Tarpe reos empti miseris defendere lingua. Ac cur in decretis potentum, iungit Plaites vanitatem & mendacium? An quia illorum maiestas fucata inutilitas, & mendacium insularum vanitas? Arbitror societatem utriusque, pro cordis in delictis studiosa vanitate. Cum exleges vivant intendunt videri legislatores, & illorum actiones esse leges. Leges taxant, quod sine lege vivant. Ipsis legibus notatur error, sed quæritur erroris color; ne videatur errans, in quo Superioris auctoritas, quippe conservanda peccatoris delinquentis; quasi impecabilis vanitas; igitur si sanctificetur, excusabitur; cum fatius esset, respicere, quam errorem fulcra vanitatis honore. Patec cunctis delicantis potestate precipitium. In vulnus ut sit decus, quæritur in rabulis artificiosum mendacium; ut intemperate emineat in folio vanitas, licet deliraverit temeritas.

Rab. Text. *Si quis lucrari causam, satiare patronos*
Convenit, & donis frangere Causidicos;

Vanitas in solentis bypocriti infulata.

Satiatur, muneratur, cumolanter, ut propter vanitatem potentis Præsidis, dearentur flagitia, quasi regula iuris; iungitque Plaites in huiusmodi articulo vanitatem & mendacium; quoniam propter rabularum ex iure mendacia, falsissima testimonia, & legibus imposturas; ipsi flagitijs comitur turpis maieestas, atque fovetur improborum vanitas. Ex sicto iure mendacia non sunt iustitia. Iustitia, pennis diluere, qui transgressores, peccato: igitur peccata lacrare mēdacijs, causidicorum technis, non est honor dignitatis, sed pravitatis gravis cordis. Hinc qui vident, nihil in dignitate exemplis ducti non audent; fractis legibus ad libitum; etenim habent in rabulis splenium, ut vulnera sint decora, & sperent in calumniis, ut ait Propheta: cuius felici exitu, legum ludibrio, procumbunt æmuli in errores, temeritates, deliramenta, furentium in dignitate flagitijs; quoniam non respiciunt legem, sed vanitatem. Sunt eiusmodi causidici, seu classarij ad certamina invitantes, potius prædones, mendaces in sceleris, ut decipiant ipsi de vanitate in idipsum (de quo loc. cit. n. 7.) omnino puelluli dica-culi, audaculi, ridiculi, qui alijs poma comedentibus, ac opipare cœnantibus, putamina & cortices mulsis præripiunt, & avidissimè appetunt. Meminisse debent Papiniani, qui iussu à Caracalla homicidium fratris diluere, dixisse fertur: *Non tam facile, parricidium excusari posse, quam fieri.* Adi Sal-muth, d. Mea sententia sunt demones corporati, & ab inferis, ut illic redeant, expulsis in quorum consortio mundus delirus vagatur, dum illorum arca inexplicabilis impletur. Cum illis grassantibus & graffatoribus, ut ait Plaut. d. v. 25.

Nunc mores nihil faciunt;
Nil licet, nisi quod lubet.

Gliscunt Superiorum sceleris, quia impunita.

Isai. 39. 12

Rabulis commoventur mundus in furorem.

Facillius stigmata sunt, quam excusantur.

Plant.



TAUTOLOGIA SEXTA.

Utrum vivere queam de infirmitate mea hac. 4. Reg. 1. v. 2.

EXPOSITIO LITERÆ.



ELIJ frequenter patrisant, sed Ochozias etiam matrisavit; equidem si pater eius impius Achab propter uxorem Iezabel, propensus maxime in Baal; filius utriusque Ochozias propter matrem additus in Beelzebub. *Vir pessimus, & atri que parenti omnino similis:* ait Ioseph. lib. 9. *Antiq. cap. 1.* Unde Iuvenal. *Satyr. 14. vers. 33.* *Sic natura iubet: velocius & citius nos Corrumunt vitiorum exempla domestica, magnis Cum subeunt animos auctoribus: unus & alter.*

Pronus Ochozias, non tantum in parentum vitia, sed præceptis. Videmus animo, opereque repetentem exempla suorum. Malicia quippe non mutatur in melius, sed in aliud. *Non expectant uno loco vitia* (inquit Senec. 1. de Benefic. cap. 10.) *sed mobilia & inter se dissentientia tumultuantur; pellant invicem fuganturque.* Deastro enim præfato deditus operose Rex genitricis studio & cum casu ruisset è cœnaculo, gravi que corporis allisioni iacuisset in lectulo; pro prognostico valida infirmitatis, consulere decrevit Beelzebub, cuius templum erat in Accaron. An ex illa gravissima corporis affectione posset in statum pristinum revalescere: ceciderat enim *per cancellos cœnaculi sui.*

Per huiusmodi cancellos intelligant plures Expositores murum reticulatum ferreum vel lapideum (Nostrates; *Balaustres*) quem Deus apponi iussit in tectis, id est, tabulatis seu stratis domus sublinioribus (Vernacule: *Solanas, Azotas*) quæ superiora ambulacra, & solaria, loca spaciota & sine obice pervia in cœli libertiorem aspectum; & aliquando usurpata in scandalum, ut queritur Dominus: *Adorant super tecta militiam cœli.* Sophon. 1. 5. *Frequentius in laxationem animi & amicorum convictum: in quem locum, ne per adyta, interiora domus fieret transitus, gradus fabricabantur extroctum.* Vide que diximus, *Tom. præc. T. 10. n. 35.* Græcè dicuntur *Trislega & domata*: hoc est altior contingatio, de cuius usu Hieronym. *Epist. 135. inquit: In Palestina enim & Aegypto non habent in tectis culmina, sed domata, quæ Roma vel Solaria vel Mœniana vocant: id est, plana tecta, quæ transversis trabibus, sustentantur.* Unde ibid. dicit *Doma, tectum adificij, dum Actor. 10. 9. Ascendit Petrus in superiora.* Lex de præcavendo præcipitio fulminator. Deuter. 22. 8. *Cum adificaveris domum, facies murum tecti per circuitum; ne effundatur sanguis in domo tua, & si reus labente alio & in præceptis ruente.* Alij per cancellos intelligunt pergulas, podia, aut apodiamenta. Vulgò, *Balcones voleados.* His ergo rationibus suffragari refugio, quippe si è tanta eminentia lapsus fuisset, sanèquam allideretur: ideoque aptius per iudicium explicatur ab Abulens. & Pagnin. per Hypallagen: quatenus ruina per *Cancellos cœnaculi*, sic lapsus per cancellos in cœnaculum. At quomodo? Exprimite perspicuo Ioseph. d. *Accidit* (ait) *ut Ochozias de solario domus sue descendens, per gradus prolaberetur.* Siccine credibile: igitur cum descendens niteretur super transennas scala, quæ erat inter cœnaculum & rectum (Nos *Varandillas*) divulsis è propria sede, pondere corporis, impulsu prolapsus est inferius, nimirum in cœnaculum proximum. Quod sic vel sic accidisset, nostra non interest, nisi ob textus claritatem: inconcussum profecto, ex lapsu in corporis fuisse gravissimum ictum, cuius à Beelzebub scire avidè sollicitavit exitum.

Ioseph.

Iuvenal.

Mores præstantum in filijs Senecæ.

Verfæ.

Qui sint cœnaculorum cancellos

Quæ dicantur in Scripturâ & Græcè Hieronymus.

Hypallagè Ioseph.

3 Huius Dæmonij templum non solum erat in Accaron, sed etiam in Ptolemaidæ, quæ in Phœnicia, in sorte tribus Afer, unde nomen turris illius celebris Civitatis. In cuius medio (in sic Adrichom. n. 66.) insignis turris est, quæ quod Beelzebub olim famam celeberrimam fuerit, turris Muscarum vocatur. Hebræi ob despectum non vocabant Beelzebub, sed Beelzebub, quasi Deum fordium: frequenter mutatione unius literæ, quæ vox laudis, mutatur in significationem dedecoris. Mons Olivæ dictus Har-bam-misebat: mons scilicet unctiois, seu chrismatis: postquam coinquinatus idolorum simulacris, dictus ab Hebræis Har-bamafobit: hoc est, corruptionis mons. Evangelium quod bonum nuncium sonat; præ odio dicunt Evangelion, quasi volumen inquitatis. Sub Traiano Imperatore acceperunt ut Mesiam Barcocebam, id est, stellæ & splendoris filium: postquam fidei impostoris luerunt pœnas; appellarunt Barcozebiam, nimirum filium mendacij. Ludus Paranomasia, verum affectus index. Haud secus in Beelzebub & Beelzebub. Propriè huius idoli seu Dæmonis prima vox à Beel, seu Baal, quod Dominus; & à Zebub, quod significat Muscam. De huiusmodi titulo, dissidium apud Interpretes. Quia muscarum abactor illius regionis œconomis scarentis; asserunt hic Saâ & Vatabl. & in 10. Matth. 25. Francisc. Lucas: equidem Sacerpia Accaron credebatur ab illo pestem muscarum abigi, sicut alibi dicebatur Iupiter Myiodes, Myiodes, seu Muscarum. Constat ex Iosepho, loc. cit. Ut ex hoc casu Ochozias contracto morbo, Accaronem ad Myioidis (id Deo nomen erat) oraculum sciscitaturus de insoluitate, mitteret. Vide ampliora apud Plin. lib. 29. cap. 6. Delecamp. hic, lic. b. Pausan. cap. 258. Dornav. in Amphitheatr. Tom. 1. de Musca. & Ulyf. Aldrovand. Tom. 10. de Insectis, lib. 3. cap. 1. Prætermittit cuique obvia. Maldon. loc. cit. in Matth. singulariter astruit, Deum muscæ dictum propter victimarum sanguinem, quo erat simulacrum aspersum, & muscis plenissimum.

4 Non Deum muscæ alij dicunt, sed Deum muscam. Septuagint. Ioanni. Froster. in verb. Beelzebub. Philatrius, de Heresib. cap. 13. Serat. in Mineral. lib. 3. cap. 4. Greg. Nazianz. Orat. 4. & Theodoret. hic quæst. 4. Imago eius erat musca cum thyrro scylo-cypro, id est, herba-muris (Hispan. Cebolla albarrana.) propter superstitiionem Egyptiacam, quam refert ex Abeneptho Kircher. Tom. 1. Oedip. Egypt. syntagm. 4. cap. 6. Musca (inquit) infestare solebant omnem circa regionem & omnia idola conspurcabant. Consuluerunt Egyptij oraculum, & dixit eis: In cultu musca musca pelletur. Fecerunt iuxta verbum oraculi, & musca recesserunt ob figuram seu imaginem muscæ magicam, quam fecerunt Egyptij. Hebræi etiam fabulam fingunt, quam refert Abulen. in 1. Reg. 24. q. 5. Committuntur (inquit) Davidem aliquando cogitasse, quorsum esse stultus; Araneas & muscas? Cognovit, non sine proposito; igitur ille in Geth haud servasset tanto è discrimine vitam, ni studiosè finxisset amentiam. Idem vel lætans in spelunca subijisset periculum, ni araneæ telis curioso Sauli operuissent locum. Denique haud fugeret mortem, dum invenit inter pedes Abner cubantis impicuisse pedem, adorsus lanceam surripere Regis, quæ erat ad caput Saulis; modò ut Abner cura, pedis vincula, diduceret, musca vehementer & acriter non momorderit. O bella capital! Nugæ profum & ineptiæ. Poëtæ finxerunt, in muscam fuisse conversum Mercurium in bello angipedum cum Typhone Gigantum. Aldrovand. d. quod etiam concessum Periclymeno pro defensione Pyli: nihilominus victus ab Hercule, illum muscam offendente Palladæ. Natal. Comes, 8. Mytholog. cap. 8. Hinc musca in numerum Deorum relata, ut asserunt Theodoret. quæst. 3. Clemens Alex. in Protrep. & hic Gentian. Pro insigni scutorum tanquam Numen assumpta; quod risui aliquando Lacedæmonis (ut refert Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 20.) videntibus ingentem clypeum cum musca, & retorquentibus schemata, ne cognosceretur proximo conflictu fuga. Respondit insignitus tali Numine: Mentimini: tam propè accessurus ad hostes, ut vel hæc musca videatur ab ipsis. Plutarch. in Apophtegm. Lacon. & Erasim. lib. 2. n. 38. Brevi & ingeniosè Claud. Paradin. in Emblem. dixit: Cominus, quò minus.

5 Inter mira que in templo Hierosolymitano observarunt Rabbini, non minoris habitum, nunquam in illo vitam tot victimis ullam muscam. Talmudistæ in Pirebe-Avot, & etiam in tract. Ioma, id est, de Diebus, apud Galatin. lib. 5. cap. 8. & Maluend. de Anti-Christ. lib. 11. cap. 10. Multa contulit Emma Saxonie Ducissa (ait Cranzius, lib. 4. cap. 29.) Ecclesie Bremensi. Inter alia que donavit auri & argenti & lapidum pretiosorum donaria: fertur civibus permisisse pratum non longè ab urbe feracissimum, cuius usque bovidi illa præcipuè est insulgentia, ut nullis ibi pecora muscis, nullis cran-

bro-

pronibus, aut vespis vexentur. Plura videris apud Bonif. Bagatt. in Admirand. Orb. Christiani. lib. 7. cap. 1. §. 8. & in Appendic. in hoc caput, n. 1. & ad cap. 3. a. n. 13. Inter Ethnicos pro miraculo famigeratum huiusmodi embolium, à Simia Dei dæmone confectum. Sacellum Herculis in foro Boario est (refert Solin. cap. 2.) in quo argumentum convivij læta maiestas ipsius remanent: nam abominatùs illò neque canibus, neque muscis ingressus est. Idem Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 14. De templo Apollinis Aëlij, idem cap. 8. lib. 5. In quietem concurrentium ad Olympia, omnes muscæ trans Alpeum avolabant. Aelian. lib. 5. Histor. Animal. cap. 17. Alex. ab Alex. d. causamque refert Pausan. cap. 16. 1. Cùm Hercules muscæ abigere non posset (inquit) vel quòd ei in mentem venerit, Abaciori muscarum hostiam machavit: cùm periculatum esset, omnes repente trans Alpeum. Hinc Beelzebub Muscarum colebatur in Accaron, vel quia in eius Templo non videbatur musca, vel ne videretur. Ita Reinecius 1. p. Syntagmat. herolic. in Monarch. Alsyrior. additque: Nulla in templo eius musca fuit, quemadmodum hodie in Palatio Veneto hinc nullam, in Toletano anteam conspici, aiunt. De Toletano pater fabella, sicut multa anilia de Arce excantata. De Veneto sumptis notitiam à Cardano, quem serioiocose valide impugnat, ridetque Iul. Casar Scaligerus, Exercitat. 246.

6 Cuncta seria meditatione libravi, qua arbitratus sum (nec sine sulcro, ut viderit lector) huiusmodi idolum fuisse Veneri sacrum, & obsecrissimum. Multa prætermittenda propter pudorem, & nihilominus castè verberanda sunt aures. Sint ergo omnia munda mundis, signata per Hypocallistum, cuius schematis usus in Scriptura frequens. Levit. 20. 18. Pontem sanguinis: & Ezech. 16. 25. Divisi sunt pedes tuos. Psal. 138. 15. Substantia mea in inferioribus terra. Vid. T. 2. T. 8. n. 3. & T. 11. n. 11. 4. T. 8. n. 4. Idolum hoc sub figura muscæ Beelzebub, est quod etiam vocabatur Beelphegor: Zebub ob figuram capitis, Phegor pro signo libidinis: sonat enim Os nudtatis, idolum biatus & apertura. Vide Alapide fute in Num. 25. 3. & libell. de Interpret. nomin. Hebraic. ritumque cultus in hoc idolum, dæmoni aptum, apud Oteaf. loc. Numer. cit. & Kircher. in Pant. Hebraor. cap. 4. Apud Gentes dictus Priapus, culus cultus sit memoria, 3. Reg. 15. 13. Nec mireris, Dij & Deæ nomine insigniri. In theologia Ethnicorum non novum Iupiter dictus Genitor, & Genitrice. Orpheus, Hymn. in Iovem dæne. in Heres. farent. v. 384. & Gyrard. Syntagm. 2. Pallas, Nemesis, & Pales dictæ Dij, similiterque Luna dicta Lunas, in idola totius semine, & viri muliebri veste utebantur. Chartar. in Vener. fol. 35 1. Idem Numen (addit) Lunæ & Veneris: idem etiam culus & in sacris modus: Macrobi. 3. Saturnal. cap. 8. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 14. Hinc Venerem alium adorant: Pollentemque Deum Venerem; dicunt Levinus & Calvus, apud Macrobi. loc. cit. Expresse Virgilius, lib. 2. Aneid. v. 632. Ducente Deo (Venerem matre) flammam inter & hostes: lib. 12. a. v. 416. in vulneris medicinam ab ipsa di-anno allato, inquit:

Hoc Venus obscuro factem circumdata nimbo
 Detulit, hoc fuscum labris splendentibus amnem,
 Iamque secuta manum, nullo cogente, sagitta
 Excidit, atque novæ rediere in pristina vires.
 Non hæc humanis opibus, non arte magistra
 Provenit, neque te Aneæ mea dextra servat,
 Maior agit Deus, atque opera ad maiora remittit.

Maior Deus, nimirum Venus, de quo plura diximus, Tom. 4. T. 4. n. 5.

7 Hocce in proposito Serarius hic subdit: Beelzebub videtur ob impudentiam & libidinem, quæ in muscis notatur, esse libidinis Deus, aut Dea. Favet cogitationi Arnob. Advers. Gentes lib. 3. cap. 7. ubi: Consuecistis in precibus, sive tu Deus, sive tu Dea, dicere. Ita Dagon, sive idolum Veneris (uti astruximus, Tom. 1. T. 6. D. 9. m. 1. 2. T. 4. D. 5. n. 20.) cultum in Azotica Philistinorum Sacerpia, caput habebat Pifcis: observat Adrichom. in Dan. n. 7. Similiterque in Accaron Veneris imago sub titulo Beelzebub, caput habebat muscæ: Muscamque appellabant, sicut in Azoto Dagon Pifcem cultores dicebant. Inter Ethnicos idola varipolliformia: Iovis cum Arietis capite, Aëniapij cum serpente draconis. Apollinis imago capite accipitris, Serapidis verò lupi-leonis canis: observant Chartarius, Albricus de Imagin. Deor. & Kircher. d. tot. Syntagm. 4. Fabulam commentis sunt etiam de musca. Olim faminam fuisse (ait Lucian. in eius Encom.) loquacem tamen & garrulam & cantatricem, & in amore contendisse cum Luna ambas eodem tempore Endymionis. Deinde cùm dormientem adolescentulum excitaret, frivola loquens & circa ipsum lascivions, agrè illum tulisse: Lunam verò iratam in hoc animal

Tom. VI. Qq 2 trans-

Turris Muscarum. Adrichom.

Paranomasia.

Unde dicitur Beelzebub.

Iupiter Myiodes. Ioseph.

Beelzebub Deus Musca.

Abenepth.

Fabula Herodotus de stulticia araneæ & muscæ.

Muscæ Deus.

Clypei insignis.

Erasim. Paradin.

Loca muscis exempta. Cranz.

Solin.

Pausan.

Reinecc.

Hypocallist.

Idolum Beelzebub imago Veneris.

Quæ Deus & Dea. Chartar.

Virgil.

Serat. Arnob. Dagon caput habebat pifcis. Beelzebub musca.

Metamorphosis Muscæ. Lucian.

transmutasse muscam (ita enim vocabatur) & nunc propterea omnibus invidere somnum, qui dormiunt, Endimionis memorem. Fœminæ insignis meretricis, quæ dicta Musca, meminuit Athenæus apud Lel. Bisciol. tom. 1. Horar. successio. lib. 16. cap. 23. Lucianusque subdit loc. cit. Fuit etiam apud Antiquos mulier, cognomento Musca, & alla per insignis Atheniensium meretricis; de qua Comicus: Ad cor usque Musca mordebat. Quadrat ad unguem & fabula & officium: etenim ut ait Aldrovand. d. Musca signat curas carnalis appetitus, titillationes, libidines, ac cogitationes molestas. Prius Hieronym. Epist. 135. & in Psalm. 104. n. 38. Musca luxuriam indicat, quæ plerumque compressa pullulat. Homer. 17. Iliad. v. 560.

Idem. Aldrov. Hieronym. Cur musca lascivæ solum? Homer.

— Illi musca vim intra præcordia misit, Quæ quamvis de pelle viri sit sepe repulsa, Assultat morsura tamen.

Hor. Apoll. Hinc Hor. Apollo lib. 1. Hierogl. 48. Impudentiam & impudicitiam Ægyptij notantes muscam pingunt: hæc est crebritus abacta, nihilominus accedit. Haud alio nomine scorta insignivit Plaut. in Trucul. Act. 1. scen. 1. v. 45.

Plaut.

Scortorum plus est, quam muscarum. 8 Salacem Deam dicant sacri, profanique AA. Venerem. Idem asseritur de Bēlzēbub, Numine Musca, propter improbitatem, in libidinem præcipitem & effrenem: hacque de causa, quia sine sensu animalia, quæ ab æstro puncta; lascivia acrior designatur Oestrum Veneris. Vulgo: Pièce la musca. In rem Andr. Dactius:

Dactius.

Indoluit, lumenque manu fricuisse Cupido Dicitur, in causa Musca doloris erat

Cur musca dicitur oestrum Veneris?

Non utcumque musca, sed æstrum, tabanellus seu musca silvestris; cuius stimulis agitata id, quam in vaccam transformasse dicitur Iuno.

— Cui nomen Asilo

Romanum est: æstrum Graij vertere vocantest Asper, acerba sonans, quo tota exterrita silvis Diffugiunt armenta; furit mugitibus æther. Hoc quondam monstro horribiles exercuit iras Inachia Iuno pestem meditata iuvenca.

Virgil.

Succinit Virgil. 3. Georgic. v. 147. & Ovidius, lib. 1. Metamorph. fabul. 14. a v. 1.

Ovid.

Protinus exarsit, nec tempora distulit ire, Horrificamque oculis, animoque obiecit Erynnin. Pellis Argolica, stimulusque in pectore caecos Condidit, & profugam per totum terruit orbem.

Vid. Hygin. Fabul. 145. lib. 1. & lib. 2. Fabul. 22. Apollodor. 2. Biblioth. cap. 7. & Natal. Comit. lib. 8. Mytholog. cap. 19. qui quidem addit: Iōnem scortum fuisse. Haud discordant musca, seu Veneris æstrum, salacissimumque scortum, Dulcis illi sanguis hominis: inquit Homer. ibid. v. 563. Virgiliusque, v. 154. Medijs fervoribus serior instat.

Homer.

9 Haud aberrant à scopo, qui huiusmodi Deum Muscam indignitate Asmodæum, de quo Tob. 3. 8. illumque quia significat ignem voracem, indignant luxuriæ, atque demoniorum Principem. Serar. latē, loc. Tobie cit. Sanctius, Aiapid. & Kircher. d. cap. 5.

Bēlzēbub Asmodæus.

Nomina sunt varia, sed cuncta libidinis eççe propria; quippe per huiusmodi muscæ vicium, Troia conflagrans totum genus humanum. Quare Philatrius, ubi supra: Bēlzēbub, Ceb dictus, à fluxu feminis. Altipulatur Serar. in loc. Reg. nostri argumenti: Bēlzēbub ita dictus, tanquam omnium salacissimus, & impudentissimus. Haud alio intuitu Princeps cognoscitur demoniorum; nisi quia inter vicia humani generis, voracior flamma libidinis.

Philastr. Serar.

Bēlzēbub idolum musca (ait Hieronym. in 10. Matth. v. 25.) Principem ergo demoniorum ex spurcissimi idoli appellabant vocabulo, qui Musca dicitur propter immunditiam.

Hieronym. Matth. 12. 24.

Beda & Remigius: Propter spurcissimum ritum colendi eum, de quo supra, num. 6. Rabbini astruunt dici Principem demoniorum, quippe Bēlzēbub, qui Asmodæus sub nomine Samaël fecellit Evam. Dicunt, quod coluber, seu serpens ille, qui Evam decepit formâ Cameli erat, super quem scdit Samaël, quod nomen præcisè de Diabolo dicitur.

Rab. Moy. sen.

Quare Bēlzēbub formâ Cameli erat, super quem scdit Samaël, quod nomen præcisè de Diabolo dicitur. Ipse inbibere voluit Abraham ne immolaret filium suum; & Isaac, ne obediret patri suo. Dixerunt etiam quidâ Samaël, cum ad decipiendam Evam venerit, supra colubem, Creator ridebat de camelo & equite eius. Hæc Elias in Toisbi, & Rab. Moyse Ægyptius in Moreb-Nebuchim. Kircherusque in Panth. Hebr. eor. cap. 5. ex quibus Alapid. in loc. prof.

Quare Bēlzēbub Princeps demoniorum

—

Tobia. Insignis cogitatio! At quando & quomodò vicit Evam, si isthoc dæmonium in illorum sententia fuisse, filius Noëmæ; fororis Tubal-cain? Ipsi viderint. Delicia evanescunt concordantia. Vid. Alap. loc. cit. Proculdubio Eva minime victa luxuriâ; unde ergo Princeps dæmoniorum ex huiusmodi victoria? Nomen Asmodai signat Vassatorem, & exterminatorem, Destructorem, Dissipatorem: libell. de Interpret. nom. Hebr. Iudith 8. 25. Exterminati sunt ab exterminatore. Idem. Apocal. 9. 11. Ita sanc dæmoniorum Princeps, & Angelus Abyss: igitur devolvit per illam genus humanum, ingruente concupiscentiâ, quæ quidem ligata originali iustitiâ, amissa mansionis felicitate in delicijs peraditi, quando callidissimâ vaserimâ technâ, exterminavit eam aper de silva.

Car dicitur Eor tota-tort

10 Alij Rabbini somniarunt, quia per luxuriam Salomonem decepit; Principem appellari dæmoniorum. Rab. Ionath. seu Paraphrasis Chaldaus in illud Eccle. 1. 12. Ego Eclesiastes fui Rex Israël in Ierusalem; legit: Asmodæus Rex dæmonium. Si causa inquiritur, dicunt Salomonem propter effrenem libidinem ab Asmodæo, Musca Bēlzēbub, è folio fuisse expulsum, in deserto detentum, interimque hoccine dæmonium imperasse Israëlitis sub specie ac figura Salomonis. Vehementer commotus Dominus in eum (inquit) Asmodæum dæmonium Regem immisit, qui illum regno privaret. Subscribit Elias in Tisbi, & Zohar. Addit huicene nogamini robur Benjamin in Itinerar. fol. 54. Civitas in valle sita sub Libano à Salomone in Pharaonis filia gratiam & usum condita; exstatque adhuc palatij structura pars: fertur quæ vulgò, ædificium illud non fuisse hominum manu factum, sed Asmodæi. Videtis Maluend. in Tob. 3. 8. Alap. & Kircher. loc. cit. Denique alij ex eodem grege astruunt familiaritatem Salomonis cum Asmodæo, qui Princeps dicitur demoniorum, quippe præest thesauris absconditis, quos Salomoni ostendit in luxurie luxum; de quo Pineda in Salom. præv. lib. 4. cap. 22. n. 2. Hinc Bēlzēbub apud Ethnicos dictus Iupiter inferus, Maximus Manium, & Princeps, alio nomine Pluto, alio Plutus tanquam Numen divitiarum, quem cæcum finxerunt, & cuius quadriga tribus duntaxat rotis constabat, uti diximus in Ephemer. Iagog. Mal. à n. 8. Consule Aristophan. in Pluto, & Gyrald. Syntagm. 6. cap. 10. En cur Princeps dæmonium dicitur Dis, Pluto, Samaël, Asmodæus, & Bēlzēbub. Verum quum de N. Asseritorem amantissimo Iesu, dicitur, in Bēlzēbub, Princeps demoniorum, eijct dæmonia, pactum arbitrabantur ad huiusmodi miracula cum Principe dæmonium, cuius virtute tot mira patrabat, & quem vocabant Bēlzēbub. Hinc dicebant Ioann. 7. 20. & 8. 48. Dæmonium habet. Virtus tua non à te sed à Dæmonio, à quo habes virtutem: & non à quolibet dæmonio, sed à dæmonium principe, frequenter dicto Satan, & ab illis Bēlzēbub. Patet ex Marco, 3. 22. ubi: Bēlzēbub habet, & quia in Principe demoniorum eijct dæmonia: nimirum in Dæmonarcha, Principe cacogeneratorum. Bēlzēbub scilicet pravitatis primario, ut ait Cael. Rhodig. lib. 2. cap. 13. Ita intelligendum de voce Bēlzēbub, haudquaquam præut signabat Deum Muscam, seu muscaron, qui cultus in Accaron. Hunc consilere decrevit Ochozias & sub Muscæ titulo, insigni obsecratis. Sacis mihi videtur astructum fuisse idolum turpe Veneris.

Eccle. 1. 12. Rab. Ionath.

A quo & cur Salomon eijctus de solo

Beniamin.

Bēlzēbub, Dis seu Plutus. Eius imago.

Luc. 11. 19.

Cael. Rhod.

11 Curiosè inquirer lector, quomodò consulebant? Avenarius apud Maluend. lib. 7. de Anti-Christi. cap. 4. inquit: Bēlzēbub, Satan in forma muscæ magnæ, ab incantatoribus adiuratus, dabat oracula de valetudine hominum. Alia oracula dabantur voce, alia verò duntaxat signis, de quo fusè egimus Tom. 5. T. 3. Addenda modò necessaria in huius Tautologie pleniorẽ intelligentiam. Saul, quia non invenit visionem à Domino, nec verbum per Urim & Thummim (de quibus lapidibus diximus, Tom. 4. T. 3. à n. 15. ex Rab. Maimonide) discretum oraculum curis duntaxat Principum, pro rerum expeditione publiciarum; perrexit in Endor ad Pythonissam, ut in acie novacula positus, quid futurum præcognosceret. Ochozias respuit oraculum Dei consulendo Bēlzēbub, quasi Deus non esset Deus, & Deus veritatis, quem irricavit vanitatibus suis. Per literas clausas consultum cogitat Maluend. d. lib. 11. cap. 11. Hinc dæmon (ait) qui Dei simia duo quædam sibi apud Gentes constituit genera Oraculorum; Vocalia ut Delpheicum, Mutata ut Heliopolitanum. De Vocalibus locuti sumus abundè Tom. prior. Aliquid dicendum de Mutis, & eorum embolijis. Consulunt hunc Deum (loquitur de Adad Macrobius, lib. 1. Saturnal. cap. 23.) & absentes, misit diplomatibus signatis; rescribitque ordine ad ea quæ consultatione abita continentur. Sic & Imperator Traianus iturus ex ea Provincia Partiam cum exercitu, constantissima religionis hortantibus amicis, qui maxima huiusce Numinis ceperant experimenta, ut eventum consuleret rei captæ; egit

Avenar.

Oracula dæmonium vocalia & mutata. Maluend.

Per literas Ro. signatas.

Romano consilio; prius explorando fidem religionis, ne fortè fraus subesset humana: & primum misit signatos codicillos, ad quos sibi referri vellet. Deus iussit offerri charitatem, eamque assignari puram, & mitti, stupentibus sacerdotibus ad huiusmodi factum: ignorabant enim conditionem codicillorum. Hos cum maxima admiratione Traianus excepit, quòd ipse quoque puris tabellis cum Deo egisset. Tunc alij codicillis conscriptis, signatisque consuluit, an Romam perpetrato bello reditus esset? Viton centuriam Deo ex numeribus in ade dicitis deferri iussit, divisamque in partes sudario (sepulchro) condidit, ac proinde ferri. Exitus rei obitu Traiani apparuit, ossibus Romam relatis: nam fragmentis, species reliquarum, vitis argumentum, casus futuri tempus ostensum est.

Macrobius

Embolia & aretia in huiusmodi signis

Lucianus

Idem

Fons Cereris in oraculum agrorum

Sylburg. Apollinis

Pausanias

Sortes Praenestinae

Idem

12 Idem tanquam muti Oraculi, de Ammonico Iovis referunt Diodot. Sicul. lib. 17. cap. 50. Strab. lib. 17. n. 99. Herodot. lib. 2. cap. 42. Q. Curt. de Reb. Alexandr. lib. 4. cap. 7. hincque Freinshemius, n. 24. In huiusmodi secreti cognitione iuxta mentem consulentes, totum Ethnici collocabant fatuissimi vestigium divinitatis: tuncque maior erat fallacia subtili sacrificulorum invisibili industria. Alti in plagio impostorem comprehendit Athaus Lucianus, ut ipse refert in Pseudomante. De Alexandro insigni praestigiatore loquitur, inquit: Iussit, ut unusquisque quod videretur, quodque maxime alscere vellet, id in libello conscriberet, eumque funiculis obvinctum, cera argillave, aut simili re quapiam obignaret. Se vero receptis libellis, cum subisset adyta, ordine per praeconeum ac Thebello exocaturum eos, qui tradidissent: debant ubi de singulis esset edoctus à Deo, libellos redditurum, ita ut traditi fuerant, obignatos. Suscripto illis responso pro cuiusque argumento, Deo nimirum respondente, quacumque de re quis esset seiscitatus. Erat autem hic dolus, neque difficultis animadversu, verum idiotis, quibus naves minime emunctae, prodigiosum, planeque incredibile. Etenim cum varias esset commentus artes, quibus sigilla tollerentur, ad interrogata respondere: deinde rursus obvincta, obignataque reddere, non sine summa admiratione eorum qui recipiebant. Quibus artibus effecterat, acceperat. Eam ceram partem, qua post signum habebat, acu candefactam liquefactam diducerebat: tum ubi legisset, rursus calefactam acu ceram, eam qua à tergo funiculi fuerat, signo eodem manente, facile evigmentabat. Alios duos modos refert, quos apud illum videtis. Sed non omittendum quid innotuebat, ubi frustrabatur Oraculum. Sepius enim egrotis, priusquam morerentur, praeviderat fore, ut revalescerent: quibus morientibus, alterum Oraculum, scilicet:

Posthaec desine opem morbo petere exiti alit: Mors etenim manifesta nec evitare licebit.

13 Aliter de infirmis consulebatur in fonte Cereris. In eade fonte est, qui à templo lapideo pariete secluditur. Ad eum fontem per exteriorem tramitem descenditur. Ibi Oraculum maxime veridicum est. Cognoscuntur ex eo non rerum omnium, sed morborum dumtaxat eventus. Speculum tenui suspensum funiculo demittunt, ita librantes, ut in fonte omnino non mergatur, sed imò ambitu summam aquam contingat. Exinde ubi odores adoleverint, & ritè Deam precati fuerint, inspicunt speculum, & ex eius imaginibus, periturus ne, an victurus ager sit, de quo consuluerunt, divinant. Hac Pausan. cap. 28. quo loco Fridericus Sylburg. Bis agrotum vel vitium, vel mortuum representat. Signat etiam fontem Appollinis Thyxae: In cuius fonte (inquit) si quis introspiciat, similiter omnia videt quaecumque videre cupit. Pausanias ibid. signat ut insigne Oraculum; sicut cap. 33. fontem Amphiarai: Ad quem (inquit) neque divinam rem faciunt, neque aut ad lastrandum, aut ad manus lavandas, aqua eà uti fas putant: solum qui morbo Oraculi moniti levati fuerint, signatum aurum, argentumve more maiorum in fontem abiciunt. De huiusmodi Magia speculati plura refert Salisberiens. in Polierat. lib. 2. cap. 11. ex quo Delrius lib. 6. Disquisit. cap. 2. sect. 3. quaest. 3. Nos etiam de speculis loquacibus diximus; Tom. praeced. T. 6. D. 2. n. 12. Ne aliquid de morte sua ex haruspiciarum disciplina pronuntiarent, Tiberius secretò ac sine testibus consuli vetuit, ut ait in eo Sueton. cap. 63. qui quidem volens aliquando æger seire per sortes Praenestinas exitum morbi non invenit in arca quousque relate rursus in templum, quàm obignatas de vchi Romam praecepisset. Idem ibid. & nos in Ephemer. l. lauar. n. 12.

14 Modum alium Ethnicorum, quem libenter acceperunt Hebraei, refert Hieronymus in Isai. 65. 4. Nihil fuit sacrilegij (inquit) quod Israel praetermitteret: non solum in hostis immolans, & super lateres turra succendens, sed sedans quoque vel habitans

bitans in sepulchris, & in delubris idolorum dormiens, ubi stratis pellibus hostiarum incubare soliti erant, ut è somnijs futura cognoscerent. Quod quidem in fano Æsculapij usque hodie error celebrat Ethnicorum, multorumque aliorum. Latè etsi iocose refert Aristophanes in Pluto. Aliqua delibata loc. cit. Ephemer. & Tom. 5. T. 10. D. 2. n. 4. Euripid. in Tauric. à v. 1259.

Hieronymus. Per somnia, in pellibus viciniam dormientes, accipiebat ora eula. Euripid.

Themin Terra filiam Phobus invadens elecit Ex divinis oraculis, ubi nocturna spectra. Stuck. de Sacrific. Gentil. cap. 212. inquit: Pellium istarum, qua maculatis hostijs detrahebantur, usus fuit cubitorum ad cubandum. Amphiarus interpretandorum somniorum arte excelluit, & eandem posteris tradidit: ad cuius oraculum maculati arietis pellem substerni, atque ita solitos dormire, captantes somniorum significationes. Idem Paulan. loc. cit. & cap. 56. & Coel. Rhodig. lib. 27. cap. 14. qui addit: Podalirio ibi sepulto, advocato, stratis pellibus victimarum à vulneribus sanari. Morem refert Virgil. 7. Æneid. Cael. Rhod. à v. 86.

Stuck. Cael. Rhod.

In dabijs responsa petunt: huc dona sacerdos Cum tulit, & casarum ovium sub nocte silenti Pellibus incubat stratis, somnosque petivit, Multa modis simulacra videt volitantia miris, Et varias audit voces, fruiturque Deorum Colloquio; atque imis Acheronta affatur Avernis. Hinc & tum pater ipse petens responsa Latinus Centum lanigeras maculabat rite bidentes, Atque harum effultus tergo, stratisque iacebat Velleribus: subita ex alto vox reddita luco.

Virgil.

Videbatur huiusmodi insentatorum ludibrium Sparta in templo Pasticæ; ait Cicero 1. de Divinat. Plutarch. de Defect. Oraculor. Tertull. de Anima, cap. 46. Oraculis hoc genus (inquit) stipatus est orbis, ut Amphiarai apud Oropum, Amphilochoi apud Mallum, Sarpedonis in Troade, Trophonij in Bœotia, Mopsi in Cilicia, Hermiones in Macedonia, & Pasticæ in Laconica. Vid. Plin. lib. 4. cap. 7. 13. 13. 31. 2. Euseb. 5. de Prepar. Evangel. cap. 8. & 10. & Lactant. lib. 2. cap. 17. Ovid. 4. Pastor. à v. 649.

Tertullus

Ille dabat tacitis animo responsa quieto Noctibus, hic geminas Rex Numa maculat oves, Prima cadit Fauno, leni cadit altera Somno: Sternitur in duro vellus utrumque solo. Vesper ubi est tetus, supra nova vellera corpus Ponit, adorato per sua verba Deo. Interea placidam redimita papavere frontem, Nox venit, & secum somnia nigra trahit. Faunus adest, oviumque premens pede vellera duro; Edidit à dextro talia verba thoro.

Ovid.

15 Etsi in nocte sub pellibus dare responsa commune fuit Dijs, ut observat Dempster. ad lib. 2. cap. 2. Rosin. de Antiq. Rom. peculiarissimum fuit in delubris Æsculapij. Etsi Æsculapij sacellum, cui incubantes agritudinum remedia capessunt de monitis somniorum: ait Solinus, cap. 13. & Coel. Rhodig. lib. 27. cap. 15. In templo Æsculapij somnia egrotos captare solitos, quibus bonam valetudinem à Dijs ostensam coniectarent. Et Plautus in Curcul. Act. 2. scen. 1. à v. 10.

Cael. Rhod.

Hac nocte in somnis visus sum viderier Procul sedere longè à me Æsculapium, Neque eum ad me adire, neque me magnipendere, Visus est. Pacem ab Æsculapio petas, Ne forte tibi eveniat magnum malum, Quod in quiete tibi portentum est.

Plaut. Maxime in templo Æsculapij.

Hinc ab Ethnicis inventa varia somniorum genera in divinationem, de quibus agemus Tom. seq. T. 2. maxime de his que dicebant Syncramatica, quando in somnis spectabant, que magnoperè cupiebant. Causa quare maxime in Æsculapij fano expectabantur in valetudinem somnia, fuit fabula illa decantata, de dracone illi demonstrante in somnijs herbam mirabilem, cuius virtute Hyppolytum, Androgonem, vel Glaucum, factò functum revocavit ad vitam. Plin. lib. 29. cap. 1. Palaphatus, cap. 27. & Natal. Com. lib. 4. Mytholog. cap.

Somnia syncramatica ibi.

Ælian. Cur in illo draco

cap. 10 & 11. Iccitè Draco magnâ cura in Æsculapij templo nutritus, ait Ælian. lib. 16: cap. 39. Hystor. Animal. & inter Hebræos idololatris de velerudicæ & vitæ diuturnitate mos fuit per figuram Draconis interrogare, ut refert Philo Bibl. de Antiq. Hebr. & nos diximus, Tom. 4. T. 3. n. 21. cum de figuris loquacibus Michæ feromonem fecimus. Videris. Haud aliter arbitror responfa data à Bèlzebub in civitate Accaron, quem consultum ibant Regis Ochoziæ ministri, ut renunciarent illi prognosticum oraculi Musæ. Cuncta planè arte demonis vel per spelunca, vel per somnia, vel artificio sacrificulorum, de quo Lucianus; quò suprà in exemplum referre libet, quæ Ælian. d. lib. 9. cap. 33. ut confect coentium credulitas, demonis calliditas, & ministrorum in deceptionem dexteritas. Mulier quædam (ait) ex lubrico laborans, cum de eius curatione peritissimi etiam medici desperassent, Epidaurum profecta, Dijs ab hoc malo ut liberaretur, supplicabat: & cum Deus Æsculapius abesset, ministri eam eo in loco, ubi Deus mædici supplicibus solebat, quiescere primitum iussurunt: deinde capite eius reseda, unus eorum manu immisa in ventrem, lubricum feram sanè ingentem exemit. Caput verò, dum in suam locum & pristinam harmoniam reponere conantur, præstare non possunt. Interim Deus revertitur illique increpat, quòd rem supra artem & vim humanam aggressi fuissent: ipse divino & ineffabili modo & caput suo corpori, & mulierem restituit. Tantum sapientia pollet, lo papellardi. Haud historia veridica, sed morologia.

Insigne mendacium ant demonis artificium. Idem.

Somnia anato phona. & etiam Oracula.

16 Etiam erant Æsculapij Autophona, idest, Dei vivæ vocis oracula, vel arte audientibus incognita; vel palam Magica. Mirabilia ex arte possunt videri apud Athanas. Kircher. in Ouid. p. Copt. Tom. 2. p. 2. claff. 8. cap. 3. & plura curiosa ibid. Tom. 1. Syntagm. 4. cap. 3. Magica plura olim, maxime soluto damone, inter Hebræos etiam pravamente errore, uti diximus fusc, Tam. 4. T. 3. de statuis, seu imaginibus Talismanicis, sive Ifiacis, à n. 19. & hic Tautolog. 3. n. 11. de Nymphis Amorihæorum, configuratis varijs confellationibus, & evocatis demonibus in eas. Invenereunt artem quæ Deos efficerent: & quoniam statuarum animas facere non poterant (inquit Trimegisti, ad Aslep.) evocantes animas demonum vel Angelorum, eas indiderunt imaginibus suis, divinisque mysterijs, per quæ sola idola, & benefaciendi & malefaciendi vires habere potuissent. Vide Draudium in cap. 46. Solini, & Kircher. d. Syntagm. 1. ubi ex Gelandino in Ægypti Reg. hystor. refert de Mætra: Fuit peritus artis sacerdotalis & Magia, eiusque opè peregrit res magnas: dicitur quòd domuerit Leonem, & equitaverit super eum, & sedentem in throno quòd damones eum portaverint usque in medium Oceanum & posuerit ibi artem candidam & in ea idolum Solis, ex are etiam statuam, & incidit super eam, Ego Mætram ille gigas fortis & potens, revelans secreta: & fecit Talismata varia, & imagines loquentes. Arte posse fieri, scientia Astrologica huiusmodi imagines, adruunt aliqui haud minimi subsejij. Maiol. Tom. 1. collog. 23. inquit: Simili industria fervent, Albertum statuam hominis formâ construxisse, qua cum libramentis quibusdam, rotis, atque alijs machinis intra latentibus, peritissime compositis, lingua quadam ratione & disciplinâ moventibus, articulata: verba pronunciarer. Hanc statuam cum D. Thomas Aquinas studiose ab Alberto missus in cubiculum, ubi illa stebat, audisset verba aedè articulata pronuntiare; perterrefactus fuste machinam contrivit: ac postea interrogatus, respondisse se statuam confregisse. Tunc Albertus: Opus tringinta annorum destruxisti. Altruit varijs operibus ab hominibus ingeniose perfectis, tam hic, quam Tom. 2. collog. 2. Ex Alapid. in Baruch. 6. 41. sed floridissime de cunctis Antiquitatis micificis monumentis, Nancel. in Anstlog. Mior. ad Maer. lib. 8. cap. 6. At Abulenfis in Genef. 31. v. 30. de idollis Laban loquens: Erant (inquit) capita ex metallo in quodam certo tempore, & sub certis siderum aspectibus & conjunctionibus Planetarum facta; ut inde virtus e celo derivaretur in illud caput; fieretque potens respondendi consulentibus & interrogantibus ipsam. Id fiebat partim per Astrologiam, & partim per Necromantiam. Fecit huiusmodi caput Albertus Magnus, quod discipulus eius S. Thomas, quodam die confregit. Minime, si fecit, Albertus per Necromantiam fecit. Dixi Si fecit, quippe ut ait Aben-Ezra loc. Genef. præfat. Theraphim nihil aliud esse, quam vim illam, seu potentiam in ijs, qui cognitionem habent Astrorum, qua certis temporibus & horis sibi notis, figuræ fabricantur, aptas divinationibus. Loquebatur enim figura Theraphim, & erat facta ad similitudinem hominis, ad superiorum corporum vim hauriendam directâ. Non secus Musæa Dei erat in Accaron artificium, unde de infirmitatibus proferebatur oraculum.

Merc. Tri-mogist. Statue Ifacæ Magice.

Gelandin.

Maiol.

Statua Alberti Magni.

Abulenf.

Aven-Ezra Statue Bèlzebub Magica.

4. Reg. 1. 2.

17 In illud propositio Ochoziæ fuit: Utrum vivere quam de infirmitate mea habet Quor-

Quorsum, inquirendum, Infirmitate, si agrotabat? & quorsum Mea, si interrogatio de salute propria? Hebraismus est ex usu Orientalium, qui in vivacem animi expressionem proferre solent cum rei argumento necessaria supposita. Ioann. 11. 37. Lazare veni foras. Dialectus Syro-Chaldaica, pro Vni hæc, ubi nos sumus, 3. Reg. 20. 37. Percussit eum & vulneravit. Ar. Montan. Percussit eum percutiendo & vulnerando: quod quidem delicatè Arabic. Percussit eum ita in vulnus; ita ut vulnus fieret ex ictu valide impacto. Luc. 1. 15. Spiritu-Sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ: sufficeret sine conatu intentionis, Adhuc ex utero, Soufa lib. 5. de Incarnat. Domin. v. 68.

4. Reg. 1. 2.

Expressum suppositum necessarium

Namque prius celsitia dona videbit Clausus adhuc utero, matris quam prodeat alvo.

Souf.

Apud Profanos identidem testimonia. Homer. 10. Illiad. v. 7. Nix deilbavit aro. Et 17. v. 350. Sanguine purpureo. 2. Odyss. v. 356. Molita farina. Euripid. in Bacch. v. 614. Facile, sine labore. In Iôn. v. 680. Sterilis, carens liberti. Sophoclin Atac. v. 323. Istinus vir sine potu. In Antigon. v. 913. Virginem innotam, non desponsam, neque nuptiarum partem sortitam. Q. Calaber. lib. 7. v. 590. Flaccescit, nec vires suppeditantur. Theoric. Edil. 2. v. 210. Flamme fulmine: & Epigram. 5. Gusture canentes. Imitati sunt Hellenismum Latini AA. Plaut. Mostell. Act. 1. scen. 1. v. 78. Reliqua relicte. In Rudent. Act. 4. scen. 4. v. 7. Ex præficio præfides. Virgil. 4. Æneid. v. 485. Serobat in arbore ramos: lib. 5. v. 776. Ac vira liquenta fundit. Ovid. 1. Metam. fab. 9.

Me miserum, ne prona cæcis, indignave lædi Crura notent sentes, & sint tibi causa doloris.

Ovid.

Senec.

Senec. in Hippolyt. v. 676. O Titan! Lucem merge & tenebras fuge. Perlius, Satyr. 3. v. 25. Parum & sine labe: denique Plin. lib. 31. cap. 7. Sterilis est, nihilque gignit, & lib. 37. cap. 1. Polycratis gemma, que demonstratur, illibata ista si aque est. Ex huiusmodi loquendi formula, loquentis constat animus, & nostræ periodi sensus. Consultum est, An scilicet revalereceret ex agritudine illa molestissima? Infirmitate mea hæc. Hæc active, Mea passive. Mea pro pena: Hæc pro gravissima: crenim respectu cruciatu, & præ cruciatu angoris, non solum infirmitas, sed agritudo letbalis.

Plin.

18 Infirmitas propriè est debilitas vitium, qua potest provenire & ab atate & a morbo: dicitur Ochoziæ de infirmitate mea hæc; quia vires omnino languebant sentiebant invalidatere facultatum naturalium; ita ut ex ruina collisione non tam videretur agrotus, quam infirmus, ex cuius affectione quibus derivari morbus. Morbus dicitur, rotius corporis corruptio, qua fit febre, vel veneno. Agrotatio est morbus ex virium imbecillitate, persistente languore. Vitium denique dicitur, cum ex morbi tyrannide resoluta deformitas membrorum, & in illis privato facultatum. Vide Ciceron. lib. 4. Tuscul. qq. Cuncta, ni fallor, continentur in clausula Ochoziæ. Infirmitate mea hæc. Infirmitas, pro extenuatione virium: Mea, pro morbo, corrupto sanguine febre excitata ex valida collisione: Hæc, pro vitio membrorum, laxatis nervis aut musculis, vel ossibus dislocatis. Veriones cogitationem roborant. Utrum convalescam? An sanitatem recepturus? Sanitatem, præ morbo: Convalescam, præ defectu virium ex vitio corporis contracto, quo constat plene agritudo, totiusque corporis repentina quassatio, ponderosa lassitudo, quibus in lectulo iacuit, ex quo per gradus in gradus usque ad conaculum corrui. Appostè Æschyl. in Prometh. à v. 983. Multa mala ex una infirmitate contraximus. Plant. in Rudente, Act. 2. scen. 3. v. 7. Mala male. Etiam in sacris, Matth. 8. 6. Iacet & male torquetur. Vide dida, Tom. 4. T. 5. n. 18.

Discrimen inter morbum, agritudinem & infirmitatem.

Maluend.

Æschyl.

19 Perferetur alia. Hæc pronomen emphaticum est: & quod videtur paragogicum, ornatus gratia; signat qualitatem, conditionemque interni doloris, vel externi instrumenti: semperque sumendum pro quadam singularitate intensive, aut extensive, in cuius prolatione plus significamus, quam dicimus. Cruciar in hac flamma: Luc. 16. 24. Hanc Iesum: Act. 2. 36. In hanc mundum venisti: Ioann. 11. 27. Aaron quem elegit ipsum: Psalm. 104. 26. Cuius rubigo in illa est, & non exiit ab ea: de quo num. 27. Virgilio sape placuit huiusmodi stylus: lib. 4. Æneid. v. 47. Hanc urbem: v. 435. Hanc oro veniam: v. 621. Hanc vocem extremam: v. 652. Accipite hanc animam. Propertius usquequaque. Hic victor: lib. 3. eleg. 14. v. 18. & Eleg. 18. v. 29. Hic luctus. Invenies sparsa. Hæc nocte, lege, via, perfidia, &c. Ita ergo cum pronomen signet conditionem eius, cui adiungitur singularem: Ochoziæ infirmitatem qua laborat, pronomine signatis ut vividius verbis proferat quantum pariat doloris, ex vehementia infirmitatis. Eodem stylo Æschyl. d. v. 383. Sine me isto morbo laborare: quia Prometheus patiebatur in-

Pronomen paragogicum est emphaticum.

Æschyl.

tense, confixus cruci. Sophocl. in Trachin. v. 548. Hercule correpto veneno Hydræ, dicit Deianira : *Inraſei quidem non ſcio egrotanti illi multum hoc morbo.* Denique in Philoſt. v. 173. *Inſelix ſolus egrotat hoc morbo.*

20 *Hæc infirmitate.* Pravitas Regis palam fit huiusmodi voce : etenim cum magis animo, quam corpore laboraret; abdicat vulnera mentis, fatagens tantum valetudinis corporis. Nunquam ſaniores legi Maximum Tyrium in tot ineptijs & crepantibus buccis; quam in huiusmodi argumento. *Ex animo & corpore* (ait Serm. 41.) *conſtitutus eſt homo, in eoque ſolus imperat, obſequitur corpus.* Maiori autem bono matius opponitur malum: ſed matius bonum animi eſt, potius quam corporis ſanitas, matius malum animi, quam corporis eſt morbus. Corpus ut ſanitatem recipiat, arte eſt opus: animus ut convaleſcat, per virtutem conſequitur. Corporis morbus arte facillimè depellitur : animi morbus diſſiculter à lege ſanatur : corporis quidem morbus, ſi quem vehementer anxium habet, ei ſanitas matius deſiderium incutit. Quod verò animum ceperit, eum ad contemnendas leges magis quotidie indurat. Quoniam de corporis ſalute tantum Ochozias ſolicitus, & neglectus animus lethaliter vulneratus, valetudinemque corporis ſperaret, à quo animus vulnus penetrantius acciperet, relinquens utriuſque medicum, & conſulens inimicum, & Bèelzebub in Accaron, quaſi Deus non eſſet in Iſraël (quod quidem inter perſidos uſitatum, ut per Iſaiam ipſe Dominus queritur, cap. 8. 19.) quanvis infirmitas haud eſſet lethalis, tranſivit vita in iugum indeclinabilis mortis. En Oraculum : *Quam ob rem de lætulo ſuper quem aſcendiſti, non deſcendes; ſed morte morieris.* Inſanabilis fractura tua : peſſima plaga tua. Nullum tanti laboris erit levamen: caſus tuus inſanabilis in mortem. Patuit ager animi, plus quam corporis, igitur induratus ad contemnendas leges. Conſiderabat exitum in Barathrum; nec quo impellebatur, relinquebat vitium : & non cupit eximi per poenitentiam de vitiorem ægritudine, ſed duntaxat de hac corporis infirmitate; nec per urgens gravis languoris periculum, citius quaſi præcepſe deſcenderet in infernum.

Max. Tyr. Diſcrimi in ter ſanitate agri mente, & agri corpore.

Verſ. 4.

Solicitude peccatoris de corporis ſanitate.

Ovid.

Prædaque ſit illis, quibus eſt Latonia Delos Ante diem rapto non adeunda Troaſo

Ovid. in Ibim, v. 480. de quo Hygin. lib. 1. fab. 247. Verum hoc Didafcalicum eſt: ergo in Literam.

Catbachreſi.

21 Infirmari varijs gaudet acceptionibus. Sumitur per Catachreſin metaphorice ſive abuſive, pro defectu virium; naturalis decoris, ingenie pulchritudinis, ſive nature, ſive ſtatus. *Infirmus ero ut ceteri hominum.* Iudic. 16. 7. 11. 1. Reg. 2. 4. Jerem. 20. 11. *Infirmata eſt, tu verò perſeciſti eam.* Palm. 67. 10. Hebr. *Decor aſſi.* Hinc dicuntur infirma arva, pecora, arbuſta. Sophocl. in Electr. v. 1078. *Res quidem, è domibus egrotant.* Hiſpan. *Van à menos.* Lucret. 4. de Rev. natur. v. 1121. *Agrotat fama vacillans.* Varro. Diſtractione civium elanguieſcit bonum proprium Civitatis, atque egrotare incipit & conſeſcit. Ita de Vita pop. Roman. & lib. 10. de Ling. Latin. ad Cicer. *Conſuetudine verborum egrotat & languieſcit.* Vid. Petr. Victor. *Var. lection.* lib. 19. cap. 11. & P. Fabrum, lib. 1. *Semeſt.* cap. 9. Unde Plaut. in Trinum. Act. 1. ſcen. 2. à v. 29. inquit:

Infirmus pro defectu virium, decoris, naturalis pulchritudinis.

Plaut.

Nam ſi in te egrotant artes antiquæ tuæ, Sive immutare vis ingenium moribus, Aut ſi demutant mores ingenium tuum.

Pro afflictione & perſecutione. Epicureis. Idem paupertatis.

Sumitur etiam pro afflictione, perſecutione & infelicitate. *Infirmata eſt in paupertate* (perſecutione Saulis) *virtus mea.* Palm. 30. 11. *Ego ſum pauper, & dolens.* 68. v. 30. *Ideſt,* doloroſus, quippe afflictuſ. Dum per Epicureum geminatur vox eadem vel aequipollens, uſurpatur pro ſuperlativo. *Mendicus & pauper.* 39. 18. *Pauper & inops.* 36. 14. 73. 21. *Egenus & pauper.* 40. 2. 69. 6. q. d. Summiſs afflictionibus angor; ut conſtat, Palm. 87. 16. *Pauper & in laboribus à iuventute mea.* Infirmitas ergo eſt ſtatus præternaturalis animalis: in quo aliquando morbus ex defectu virium, & aliquando virium defectus ex morbo. Hoc exprimitur, 2. Paral. 16. 12. *Agrotavit Aſa dolore pedum vehementiſſimo, & nec in infirmitate ſua, &c.* Iſai. 38. 9. *Cum egrotaviſſet, & convaleuiſſet de infirmitate ſua.* Illud Daniel. 8. 27. *Langui & egrotavi per dies.* Gregor. Magn. 3. Dialogor. cap. 24. aſſipulatur: *Tota in illo corporis virtus ita deſecit, ut per dies multos de ſtrato ſuo ſurgere non valeret.*

Greg. Mag.

Metonymia 4. Reg. 13. 14.

22 Infirmitas ſepeſepius accipitur pro morbo, ſumpto metonymice pro cauſa affectu, ut *Pallida mors,* eò quòd pallida figuret cadavera. Pindar. *Olymp.* Od. 9. v. 26. *Floret virtutibus :* ideſt, victorijs, laureis, coronis virtute ac robore partis. Sicine intelligitur illud de Eliſeo : *Agrotabat infirmitate, qua & mortuus eſt.* Non fuit infirmitas, ſicut Ocho-

Ochoziæ : etenim ſi agrotavit, neceſſarium, quòd eſſet infirmitate. Ex debilitate virium propter lapſum morbus Regis eſt ortus. Econtrà in Eliſeo, ex morbo dimanavit defectus virium. Eſt infirmitas quæ non ad mortem, & eſt infirmitas ad mortem. In Eliſeo vis exprimitur morbi, in Ochozia infirmitatis : igitur Eliſeus præ morbo deficientibus viribus mortuus eſt; ſed Ochozias præ extenuatione virium, ex quo morbus. Clariuſ: Ochozias mortuus eſt violentia lætus: Eliſeus morte naturali mortuus. Mortuus Eliſeus, verum Ochozias occiſus. Aſſolet mors naturalis expreſſione infirmitatis tautologicè deſignari. Ariſtophan. in Avib. v. 30. *Agrotatione egrotamus.* Sophocl. in Philoſt. v. 41. *Agrotans morbo.* Plaut. in Milit. Act. 3. ſcen. 6. v. 37. *Infirmitatis infirmus.* Lethalis lane ægritudo, ſed naturalis: equidem in defectum, ut canit Manilius, lib. 5. *Aſtronom.* v. 214.

Diſcrimen infirmitatis naturalis & violentæ.

Non eget alterius mundus, Natura ſuiſmet Agrotat morbis.

Manil.

Unde ut connotetur in Eliſeo mors non violenta, dicitur : *Quod agrotabat infirmitate, qua & mortuus eſt.* Eodem ſtylo Ioann. Climach. grad. 7. de *Luctu*, inquit : *Infirmitas eſt infirmitate, qua & deſunctus eſt.* Arcane indicat lætio Hebræa : *Agrotavit Eliſeus ad ægritudinem, infirmitate, qua mortuus eſt.* Ægritudo naturæ eſt mortalitas.

Climach.

Manil.

Nascentes morimur, ſuiſque ab origine pendet.

Præmiſit Manil. lib. 4. cap. 1. v. 16. Si naturæ ægritudo eſt mortalitas, quippe conditio carnis fragilitas; per ægritudinem naturaliter homo tendit in ægritudinem, qui ſine ægritudine tendebat ut moreretur in ipſam mortalitatem. Claret iam cur dixerit Ochozias de infirmitate meâ hæc. Non utunque infirmitate, quæ naturaliter poteſt ex humorum venire alteratione: ſed hæc, igitur non naturaliter orta, ſed ex caſus præcipitio atque collisione facta. Coniicitur in morbum ex ægritudine. Plaut. vivide in Prolog. *Pænul. v. 69.* Nimirum morbus ex qualitate, humorumque perturbatione, inordinato naturali tenore; non violentiâ inopinè lapſus, aut illato vulnere.

Manil.

23 Sicut huiusmodi geminatio demonſtrat præ affectione maligna infirmitatis exitum, ita in perfectam ſalutem, dum vox iterum regeritur in contrarium. Ochoziz ut vidimus, dictum : *De lætulo ſuper quem aſcendiſti, non deſcendes; ſed (pro Ideſt) morte morieris.* Econtrà de populo languido, ſaucio ac vulneribus infirmo : *Obducam eis cicatricem & ſanitatem, & curabo eos.* Hoc eſt, Curabo eos conferendo ſanitatem. Idem cap. 30. 17. *Obducam enim cicatricem tibi, & à vulneribus tuis ſanabo te, dicit Dominus.* Pridem tota Republica (cum in ea à planta pedis uſque ad verticem nulla eſſet ſanitas, imò vulnus, & livor & plaga tamens) non erat lege circumligata, nec curata medicamine. Sed unde in ſalutem non reſtituta, ubi tanta legum medicamenta? Perſidi erant: etenim dum cicatrix videbatur vulneris criminis, alio vulnere deſud tumpēbatur cicatrix. De ſanie peccati poſſumus regerere, quod *Tom. præc. Tautolog.* 8. d. 4. n. 9. diximus ex Eliano in *Animal. biſtor.* lib. 15. cap. 13. referente viperæ ſpecialis virtus accerrimus. *Cicatrices (inquit) ſi qua ſint in percuſi corpore, etiam ſi conſenerunt, tamen recrudeſcunt, & rum-puntur.* Lucan. 9. *Pharſal.* de euſdem veneno, à v. 809. iuccinir:

Sed præ Ideſt. Ierem. 33. 6

Iſai. 1. 61

Quare vult non viperæ conſerunt peccatorum Elian.

Sic omnia membra

Emiſere ſimul rutilam proſanguine virus; Sanguis erant lacryma, quacunque foramina novæ; Humor, ab his largus manat eror, ora redundant Et patule nares, ſudor rubet: omnia plenis Membra fluunt venis: totum eſt pro vulnere corpus;

Lucan.

Idem reſert Nicander in *Theriac.* à v. 194. Videbatur Iſraëliticis cæcis, non tam lumine, quam corde; ubi afflicti pro adoratione huius vel illius idoli; non prohiberi niſi cultus ſimulachri pro quo mulati: ita ut inhibito unius eſſet conſeſſo adorationis alterius. Patet in lib. *Iudic.* & ſex captivitatibus. Propter peccatorum viros ſaucium, ruptum & corruptum totum corpus Iſraël. Adhibita proſus virtus medicina validiſſima: dicitur que nulla plaga medicata medicamine; igitur quippe lenitiva cuncta, non erant medicamenta. Dicitur in Scriptura, non fuiſſe aut eſſe, quod in conatum inutile. *Curavimus Babylonem, & non eſt ſanata.* Ierem. 51. 9. Iacet in vulnere, quæ minimè medicata, medicata, medicamine; quia applicatum medicamen nequaquam in curationem. *Medici curatio, niſi morbo congruat, non perducit ad ſanitatem:* ait Auguſtin. 4. de *Trinit.* cap. 18. Varijs modis, ſicut Babylon, Republica Iſraël eſt curata; verum non in ſanitate: modo ſignat Dominus Sanitatem & Curationem. *Medelam & medicinam* Auguſtin.

Quod in itinere, non eſt.

Auguſtin.

Tom. VI.

Rr 2

Vulnera crimi-
nalis curan-
tur dolore
cordis.

Curabo. Maluend. Ita? Profecto. Ex hac medicina erit sanè medela, quippequam perpetua cicatrix ex medicina. Sanandum vulnere vulnus: dolor delendus dolore, quippe ut vulnera sint sana, vulnera vulnerum erunt in salutem medicina. Ideo exprimit cicatricem. Cicatrix vulneris est: signaturque meditante cicatrix: igitur minime sanatur animi vulnus, sine corporis vulneribus. Sunt vulnera chirurgi non in vulnera, sed in sanitatem; quoniam obducunt & inducunt vulneribus cicatricem. Medicinam medicantem tibi: legit Maluenda. Medicina esset, si illi non esset: quia quidem non est sanataque quæ cæteris medela, illi nullo modo, nec ingenio medicina. Illi excogitanda medicina medicans in sanitatem, quæ non alia nisi quæ vulnere vulneri obduxerit. cicatricem. Hoc tunc præfens remedium; siquidem hoc duntaxat medicamentum à medico medicatum; ut ait Augustin. in Psalm. 57. v. 6.

Maluend.

Augustin.

Autropopatos.

Sanantur vulnera vulneribus.

Claudian.

Greg. Mag.

Prov. 17. 12.

Ierem. 51. 9.

Ezech. 22. 18.

Quare peccatoris vulnera medicata deteriora

Cap. 24. 12.

Ierem. 6. 19.

24 Ut cluceat ex medicamine medicato salus, considerandum est vulnus. Quomodo fortiorum promittitur sanitas, ubi medicus percussus fulminat iras? Quoniam ira fulminatur. Dum levis ab illo præ pietate supplicium, præcipites revertentur ad vomitum. Animum eius benignitas à supplicij retrahat: iustitia præ flagitijs in supplicia provocat: & modo humano per Anthropopatos, quasi Deus anceps inter extrema ob studium medicaminis, cogitabat in illos cogitationes; de quo loco Tom. 7. l. 7. Aliquando vulnerabat, an ex amaritudine redirent frugi. Iterabat irritatus, sed medicina sine medicamine: quo quidem dicebat quasi desperans sanitatem, Super quo percutiam vos, ad dentes prævaricationem? Isai. 1. 5. Percussi sunt, nec doluerunt; imò medicum ex proposito irritatum: cogitationibus, archiater celestis decrevit penetrantibus arte vulnus (nimis, ad tempus exterminare) ut idololatria exilio tradereetur oblivioni: etenim cicatrix ex pœnarum medicina confecta, in viscerum putredinem apparuit cicatrix ficta.

Ulcera possessis altè suffusa medullis,
Non leviore manu, ferro sanantur & igne,
Ne noceat frustra mor eruptura cicatrix.
Ad vitium penetrent flamma, quò funditis humor.
Defluat, & vacuis corrupto sanguine venis
Arescat fons ille mali.

Immedicabile vulnus ense recidendum est. Ignis exilij necessarius, ut defecetur ab arugine peccus: flamma & flamma, ut penitus cordis decoquatur scoria. Neuo in rem docior nec solidior Magno Gregorio lib. 3. Pastoral. Admonit. 14.

25 Hi, quos ab iniquitatibus (inquit) nec flagella compefcunt; tanto acriori invectione feriendi sunt, quanto maiori insensibilitate duraverunt. Plerumque enim sine dedignatione dedignandi sunt, sine desperatione desperandi; ita duntaxat ut offensa desperatio formidine inculcat, & subiuncta admonitio ad spem reducat. Audiant enim in se impletum: Si contuderis stultum in pila quasi pitifanas, feriente desuper pilo, non auferetur ab eo stultitia. Contra hos Propbeta: Curavimus Babylonem, & non est sanata. Babylon quippe curatur, nec tamen ad sanitatem reducitur; quando mens in prava actione confusa verba correctionis audit, flagella correctionis percipit, & tamen ad recta salutis itinera redire contemnit. Hinc captivo populo Israëlitico, nec tamen ab iniquitate converso, Dominus exprobrat dicens: Versa est mihi domus Israël in scorium: omnes isti facti sunt mihi as & stannum & ferrum & plumbum in medio fornacis: ac si aperte diceret: Purgare eos per ignem tribulationis volui, & argentum illos, vel aurum fieri quasi; sed in fornace mihi as, stannum & ferrum & plumbum versi sunt: igitur non ad virtutem, sed ad vitia etiam in tribulatione proruperunt. As quippe, dum percutitur, amplius metallis cæteris sonitum reddit. Qui igitur in persecutione positus erumpit ad sonitum murmurationis, in as versus est in medio fornacis. Stannum verò, cum ex arte componitur, argenti speciem mittitur: qui verò simulationis vitio non caret in tribulatione, stannum factus est in fornace. Ferro autem utitur, qui vitia proximi insidiatur: ferrum itaque in fornace est, qui nocendi malitiam non amittit in tribulatione. Plumbum quoque cæteris metallis est gravitius: in fornace ergo plumbum invenitur, qui sic peccati sui pondere premitur; ut etiam in tribulatione positus à terrenis desiderijs non leveat. Hinc scriptum est: Multo labore justum est, & non exivit de ea nimia rubigo eius neque per ignem. Ignem quippe nobis tribulationis admovet, ut in nobis rubiginem vitiorum purget: sed nec per ignem rubiginem amittimus, quando & inter flagella vitio non caremus. Hinc Propbeta iterum

dicit: Frustrà conflavit confiator: malitia eorum non sunt consumptæ. Cuncta verè aurea, atque selecta pro Tautologia nostræ; uti videbimus.

26 Domus atrita fronte est, & duro corde, ut dicitur Ezech. 3. 7. Rubiginem lebetis peccatum vocat (ait Theodor. hic. Section. 10.) & maxima est accusatio, quod ne tantus quidem calamitatum ignis lebetis rubiginem consumpsit. Egrotabat sanè Furij, ut dicit Sophocles de Hercule, in Trachin. v. 1256. Helleboro cruciaminum eget in sanitate, ut cognitione mali cordolio reddat in mentem. Amaris herbis amara bilis proluitur, & verberibus qui non rationalis arête compefcitur. Extrema remedia extremis morbis; ut inquit Hippocrates, lib. 1. Aphorism. 6. Nec cicatrici apparenti fidendum, dum latet damnum: etenim cicatrix neutiquam in operam sanitate; si introrsum fluit humor, duntaxat in sanitate speciem. Offendit (ait Plutarch. libell. de Sermon. Philosph. cum Princip.) lituram iam plenum, ex quo tyramidis tinctura elui ægrè possit, quòd eam imbibisset penitus. Invecrata sunt vulnera: nec satis gravia, illis medicamenta: in sanitate adhucenda sunt aciora. Medicamenta utiliter: dixit Raphael. Duris corde medicamenta usque in animum pungentia, sunt medicamenta utilia. Ni per dolores intimos, videant malum, nequam aperitur oculos.

Theodor.

Vulnera inveterata incorabilia. Plutarch.

Tob. 6. 5.

27 At quare tanta? Quæ tanta, nulla tanta: sed tanta quid? Egrotans Synagoga impotente rudebat idolis, à quibus nec averti poterat tot flagellis. Cuius rubigo in illa est, & rubigo eius non exivit de ea: dicit de illius perfidia querulus Dominus. Non exivit: id est, non potuit exire, sumpto actu secundo pro primo. Qui facit mirabilia magna solus, Psalm. 135. 4. Hoc est, qui solus potest mirabilia facere. Ego Dominus, & non maior. Malach. 3. 6. Nimis, mutari non possum. Voluntati enim eius quis resistit? Rom. 9. 19. Scilicet, quis commode potest Dei resistere voluntati? Ita Esai. 13. 9. Sic alia, & apud Profanos. Nonnus lib. 34. Dionys. v. 229. Complicabo vinculo infracta: putà, infrangibilia lora. Maxima. Tyr. ubi supr. n. 20. Animus ut convalescat, per virtutem consequitur: videlicet, potest consequi. Similiter in presenti pleonasmò, Adhuc in illa rubigo est, nec tot caris potuit elui: equidem etiam ad tempus pura videbatur, & ad speciem expurgata voluntas, quæ non exiverat; in corde subdebatur permanentis pravitas, & imbibita iniquitas. Cicatrix obducenda & in ulcerum sanitatem: nulla in metallo cordis purificatio, rota usque exeat malignitatis rubigo. Igne purganda, ut projiciatur scoria, fulgeatque cor.

Animusque malà ferrugine purus,
Ipsaque possessio mens sit opulentior auro.

Ovid.

Ut aliò cecinit Ovidius, vel Lucan. ad Pison. v. 117. In rem Seneca, Epist. 95. Illi hebetibus & obtusis, aut malà consuetudine absestis, diu rubigo animorum effricanda est. Obstinatus in mala perfidus animus, & indocile peccus fovet cor lapideum. Quanvis teratur, conteretur, sed non sentiet. Ubi cor non carneum, inefficax efficac medicamentum. Non liquefcit aurum cordis in sublimatorio peccoris, sine igne tribulationis. Haud quietendum, donec medicina perfectam fortietur curationem, & vulnus sine putredine coalescat in cicatricem: quousque funditis exeat arugo, que in cordium latet metallo, ut vel insensibiles sentiant, & insensati cognoscant per vehementiam cruciaminum, quam stultum & amarum, dereliquisse Dominum. Torum intelligitur de captivitate Babylonica, in qua tanquam in fornace Synagoga purganda: Excoquam ad purum scorium tuam, & auferam omne stannum tuum: post hæc vocaberis civitas iusti, urbs fidelis. Isai. 1. a 25. Propositum forcite immissa illis misericorditer tribulatione: exivit harenis tot retrò faculis execrabilis arugo: quandoquidem ut observat Petr. Cunæus, lib. 2. de Repub. Hebr. cap. 13. Post captivitatem non sunt audita idola in Israël. Modò iudicium phrafs in utraque materia tam salutis, quam perditionis. Sicut obstinatio in malo indolere expresso supposito (ita ut erugo criminis, quæ in corde est, quin exierit, in illo persistens sit) similiter supposito expresso in collatione salutis, ostenditur permanentia sanitatis. Obducam cicatricem & sanitate & curabo: id est, curabo vulnera, ut fit sanitate perlicitia: equidem propositum consequitur medicamen, ubi vulnus habet medicamentum cicatricem. Cicatrix signum est, vulnus fuisse, sed non esse. Vulnus sanè non videtur, ubi cicatrix obducitur. Obducam (dicit) cicatricem tibi, & à vulneribus tuis sanabo te. Demonstrat profecto permanentiam perfectæ sanitatem, dum medicamen confecturum cicatricem. Aristophan. in Avib. Act. 6. v. 19. Dare illis sanitatem, & salutem. Sine salute non sanitas, sine sanitate non salus: pallioqueque signatur permanentium sanitatis beneficium, per expressum suppositum necessarium: Ita arugo tantum criminis evanuit, quam penitus ignis tribulationis decoxit.

Seneca.

Deus ut auferat crimina immittit tribulationem.

P. Cun. Expressio suppositi necessarius.

Geminatio ut si pro peccata essentia.

Aristoph. Pallioque.

Prius.

28 Priusquam huius sententiæ planè sensum literalem exponam, allegoricum non prætermitam: etenim arbitror testimonio exprimi conditionem humanæ naturæ, maximè ex peccato originali, quod rubigo totius generis, ut universalis lues. Ex natura vulnerata à prima culpa: cuius rubigo in ea est, & non exiit de ea. Obnoxius effert homo vel in puris naturalibus varijs passionibus & affectionibus, corruptioni, morbis, agritudinibus, doloribus, ærumnis, lassitudinibus, ac denique mortis: quidem è contrarijs constaret sicut modò conditio, ratione & sensu. Hæc & aliâ compecebantur originali iustitiæ, cuius de factu

Totum exiliere per orbem Insesta effigies.

Hesiod.

Et mortalis est effectus, qui fuerat privilegio immortalis, urgente in rationem (quæ à Deo deservit) carnis sensualitate, peccati fomite, quæ quidem concupiscentia ab Apostolo dicitur, corpus peccati, lex carnis atque membrorum, excitans continuò indeclinabilem prorsum certamen, adversus veterem hominem.

Gens humana ruit per vetitum nefas Macies & nova fibrium Terris incubuit cobores, Semotique prius tarda necessitas Leti corripuit gradum.

Horat.

Canit aliò Horatius 1. Carm. Od. 3. à v. 26. Iacuit Adamus & occisus & occisor: igitur illo crimine in homines & in omnes mors pertransiit: & cui conditione obnoxius, atque Dei munere exemptus, subditus iacuit, ac elevari, verum levari non potuit. Potuit per Christum elevari gratia, sed non levatus à peccati pœna: igitur elevatus in gratiam iustificationem, cæterum haudquaquam in iustitiâ originalis optabilem beatitudinem. Rubigo erat corruptio humanæ speciei conditio, quæ quidem prævaluit, clauso simul per Adamum cœlo. Aperuit Christus: & adhuc eius morte ab humana natura non exiit rubigo quæ in illa est: igitur in nobis peccati permanet pœna, quasi per Christum ad gratiam non esset elevata natura. Cum essimus in carne passionibus peccatorum, quæ per legem erant, operabantur in membris nostris ut fructificarent morti. Rom. 7. 5. Ni subiaceret huiusmodi legi, haud haberet desiderium dissolvi. Si excessum esset iugum, non diceret, Quod habitat in me peccatum. V. 17. & 20. Ecce rubigo, quæ lex carnis sub pœnâ peccati iugo, quouique induantur virtute ex alto.

Quæ rubigo in homine est, quæ morte Christi non exiit ab eo?

Calpa comes sequitur, peccato obnoxia vita; Fomite peccati torpentia corda rigescunt.

Ellar.

29 Huius criminis rubiginem, & acceptam miserabilem cladem suis coloribus pingue & Bernardus, & Innocentius III. Hic ergo de Miseria humanæ condition. lib. 1. cap. 4. inquit: Habet anima tres naturales potentias, scilicet vires: rationalem, ut discernat inter bonum & malum: irascibilem, ut respuat malum: concupisibilem, ut appetat bonum. Ista tres vires tribus oppositis vitij originaliter corrumpuntur: Vis rationalis per ignorantiam, ut non discernat inter bonum & malum. Vis irascibilis per iracundiam, ut respuat bonum. Vis concupisibilis per concupiscentiam, ut appetat malum. Prima signis delictum, ultima parit peccatum; media delictum generat & peccatum. Est enim delictum, non facere faciendum: peccatum, agere non agendam. Hæc tria vitia contrahuntur: ex carne corrupta per tres naturales illecebras. In carnali quippe commercio, rationis sopor intuitus, ut ignorantia seminatur. libidinis irritatur pruritus, ut iracundia propagetur: voluptatis satiatur affectus, ut concupiscentia contrahatur. Hic est tyrannus carnis, lex membrorum, fomes peccati, languor nature, pabulum mortis, sine quo nemo nascitur, sine quo nullus moritur; qui si quando transit reatu, semper tamen remanet actus. O gravos necessitas & infelix conditio! Antequam peccemus, peccato constringimur: antequam delinquamus, delicto tenemur. An non patres comederunt uvam acerbam & dentes filiorum obstupescunt? Etiam corporis, & à corpore animæ vulnera, pingit Bernardus, de

Effectus peccati originis.

Innoc. Pap.

Conditio anime rationis.

Bernard.

Cognition. humanæ condition. cap. 3. O anima (inquit) Dei insignita imagine, decora similitudine, desponsata fide, dotata spirita, redempta sanguine, deputata cum Angelis, capax beatitudinis, heres bonitatis, rationis particeps, quid tibi cum carne, unde ista patieris? Nihil aliud est caro nisi spuma fragili vestita decore; sed erit, quando erit cadaver miserum & putridum, & cibus vermium: nam quantumcumque excolatur, semper caro est. Si singulas eius miseras enumerare velis, quam sit onerata peccatis, irretita vitij, prurienti concupiscentijs, occupata passionibus, polluta illusionibus, prona semper in ma-

lum, & in omne vitium proclivis; plenam omni confusione & ignominia invenies. Propter conditionem carnem homo vanitatis similis factus est; quia ex illa vitium concupiscentia trahit, quo ea corporis, pteus tenetur & incurvatur, ut diligit vanitatem & iniquitatem operetur.

Forma, favor populi, fervor juvenilis, opesque Surrepente tibi noscere, quid sit homo.

Cuius conceptus culpa, nasci miseria vivere pœna, mori angustia. Quid superbis pulvis & cinis?

Post hominem vermis, post vermem fœtor, & horror: Sic in non hominem vertitur omnis homo. Unde superbit homo, cuius conceptio culpa, Nasci pœna, labor vita, necesse mori?

Miseria hominis.

Idem.

Hæc ab utroque deceptis; ut clareat, quomodo conditio humana adhuc iaceat sub æruginæ. Ergo in litteram.

30 Cuius rubigo in illa est, & non exiit de ea. Sæpe diximus, affirmationem & negationem positivi contrarij, quod respondet duplici affirmationi; per Bezaosim exponenda: quatenus una ex periodis significet Non solum, & alia Sed etiam. Unde testimonij sententia est: Non solum non exiit, imò vel adhuc in ea est. Indicator radicata malitia Hieronym. hic: Rubigo, malitia nimia est: & licet ignis suppressus sit, tamen rubigo eius non exiit de ea: perseveraverunt enim etiam capti atque cruciati in pristino scelere. Eodem stylo Tautologico Chald. Iniquitas eius in illa est, & non exiit ab ea.

Bezaosim.

Hieronym.

Macula pares utrisque Impressæ resident, nec eluentur.

Catull.

Ait Catullus Epigram. 58. v. 3. Non mirum, quòd hæretet rubigo; sed quòd ita post operam in purgationem hæretet, & quòd exire solet non exiret. Rubiginis expertus aurum, asserit à Petra-Sancta lib. 1. Symb. heroico, cap. 5. Tanquam aurum in fornace probati sunt prius, ut ignis doloris excoereret radicam æruginem; ne humor fermentaret massam in corruptionem. Adhuc igne in Synagoga erat idololatriæ rubigo: non exierat, quippe in tantam corruptelam erat levis tribulatio. Extremo malo extremum remedium, quod exilium. Ita ergo malitia decocta, & cum cicatrice vulnera: igitur extincto humore, quod viscera corrumpebantur in fanem; vulnera ex idolis medicamine curata in permanentem salutem.

Extrema remedia extrinsecus morbis.

Proper.

Nunc demum vasto fessis respisistimus æstu, Vulneraque ad sanum nunc coere mea.

31 Fax accensa in illud Elisæ dictam Naâmano: Vade labare septies in Iordane: & recipiet sanitatem caro tua, atque mundaberis. Exsiccabit aqua humorem tendentem in ulcera, ut evanescat à putredine contracta lepra. Quare Hippocrat. 6. Apborism. 8. subdit: Aquâ intercutem laborantibus, ulcera in corpore facta diffusiuter sanantur: igitur in cicatricem ulcera non perducuntur, nisi prius funditus exsiccentur. Quando intus fœderit putris humor noxius, in cute ex lepra semper hæretet pruritus, natura interiora purgante, ac expellente nirente. Ita in communi lepra, quæ dicitur à Medicis Lepra Græcorum: prout differt ab Elephantia, seu Lepra Arabum, quæ quidem non solum cutem deturpat, sed carnem depafecens serpens usque ad ossa devorat. Communis definitur à Manger, Bibliothec. Medico-præf. lib. 3. L. C. Humor lymphaticus in glandulis subcutaneis constantè residens; qui ab indole sua genuina desciscens, à salino volatili in acidum & acrisalimum, nec non aliter vitiosum degenerat. Ita vel lepra Arabica laborat Naâman, cui dicitur: Recipiet, post lavacrum, sanitatem caro tua, atque mundaberis. Idem apud Marc. de quodam leproso: Discessit ab eo lepra, & mundatus est. Huiusmodi stylus dicitur Hysterologicus, quo schemate dicitur prius, quod postlerius. Actor. 26. 10. Cum occiderentur, detuli sententiam. Idem, detuli in sententiam accusationem, ut occiderentur. Ezechiel. 1. v. 5. Similitudo quatuor animalium, & hic aspectus eorum, &c. Idem, inter aspectus eorum, similitudo hominis, &c. Alia sic plura, de quibus alibi. Homer. 13. Odyss. v. 65. & 70. Ad navem velocem & litus maris. Postquam ad navem peroverunt & mare. Vide dicta, Tom. 3. T. 12. n. 10. Sicine prompta auctoritatem exposicio. Recipiet sanitatem carna tua, atque mundaberis: q. d. Mundaberis, & recipies sanitatem. Discessit ab eo lepra, & mundatus est: id est, Mundatus est, cum discessisset lepra. Eodem sensu præfata Ieremij testimonio: Obduam eis cicatricem & sanitatem & curabo eos. Scilicet, Curabo eos, conferendo sanitatem & obducendo vulneribus cicatricem.

4. Reg. 5. 10.

Hippocr. Quid lepra Græca & Arabica?

Manger.

Marc. 1. 42. Hysterologia

Ierem. ubi sup.

32 Commodiorem iuxta dicta proferam, quantum auguror, expositionem. Videtur

detur sanè, sine excussione lepræ, carnis esse non posse mundiciam; & nullam mundiciam carnis, sine sanitate cutis: quapropter huiusmodi sententiarum geminatio, & necessarium præsuppositi expressio indicant non solum sanitatis gratiam; sed sanitatem perfectam. Hoc intuitu dicitur, v. 14. Restituta est caro eius sicut caro pueri parvuli, & (pro Ita) mundatus est. Non solum ergo depulsa à corpore lepra lavitate cutis, sed sine nota affectionis: sicut caro pueri sine ulla macula, quoniam ulcerum lepræ nec vestigia. Ille fastidiosus morbi sopores è flumine exivit,

Nec quisquam ex illo vulnere sanus abit.

Inveterata erat Naamani lepra (& forsitan pertransiit usque in ossa) sed virtute Elisei, ministerio aquæ Iordanis, lepra (quæ quasi in metallis ærugo) exivit faciliè ab eo. Lavit, exivit, & ita Naaman actutum mundatus est. Id est, perfectè mundatus: igitur recessu lepræ, erat & non erat ille. Pagnin. hebraizat: Invertetur (ait) caro tua, & mundaberis.

Et pro Quia Pagnin.

Pro Quia, particula rationali, est illud &. Sensus: Quia mundaberis, invertetur carotua: igitur si propter lepram non habebat caro carnis speciem: ita inverti lavore ingenti cutis ut haberet caro speciem, figuram carnis. Maluend. Restituitur caro tuatibi, & mundaberis. Restituetur. Proprie. Caro squamosa, quasi à corpore ablata, & lavacro restituta. Quod usui non est, non est; quippe non videtur esse, nisi obici. Hinc cum aruisset manus Ieroboam, petit, ut restituetur manus mea mihi. 3. Reg. 13. 6. etenim citra usum, quasi non haberet manum. Idem Luc. 6. 10. Carnem non videbatur habere Naaman, quousque lepra pulsa est: & quæ habita, dicitur restituta; quoniam caro ad corporis constitutionem, habebat depulsa lepræ carnis usum & speciem. Unde aliter & genuinè, textus exponitur, si pro adverbio oratio secunda accipitur. Obvia exempla in Scriptura. Isai. 16. Lavamini, mundi estote: hoc est, perfectè lavamini. Cap. 9. 5. Erit in combustionem & cibis ignis. Id est, vestimentum impurum perfectè erit cibis ignis. Non abfimile in textu: Sanaberis, mundaberis, ita ut nulla cogiteret mora inter lavacrum & remedium: igitur idem erit ministerium iniuncti in mundiciam operis, ac sanitas leprose fœdæ, fœtidæque carnis. Q. d. Lavare, & statim sanitatem recipiet carotua. Lavare, & illud ab affectione mundaberis. Ita ad illud præf. Marc. Discessit ab eo lepra, & mundatus est; Arab. Sanatus est ille leprosus illic. Ubi constat apposita pro adverbio una periodus. Perfic. Statim in momento lepra discessit. Usus videtur apud Evangelistas, Matth. 8. 3. Confecta mundata est lepra eius. Luc. 5. 13. Confectum lepra discessit ab eo.

Quod sine usu, aut inerte, dicitur non esse.

Ex duplici periodo, una pro adverbio.

Ierem. 17. 14.

Ellipsi.

Si vel Modò aliquando subiecti genium.

Augustin.

P. Lombard.

33 Utramque interpretationem amplectitur illud Ieremæ: Sana me Domine, & sanabor: salvum me fac, & salvus ero. Quatenus geminationibus & suppositis indicet sanitatis perfectionem, atque gratiæ promptitudinem. Pro quo sciendum, quod hic diximus, Tautolog. 1. n. 12. nimirum, in aliquibus sac. pagin. testimonij, per Ellipsim subintelligendam esse particulam conditionalem, Si, aut Modò. Deuteron. 30. v. 8. Tu reverteris, & audies vocem Domini Dei tui, faciesque unversa mandata, que ego præcipio tibi: & abundante te faciet in omnibus operibus, &c. Id est, abundabis in cunctis, si feceris, &c. Psalm. 4. 5. Irascimini & nolite peccare. Id est, Si irascimini. Virgil. 2. Æneid. v. 390. Dolus, an virtus, quis in hoste requirat? Unde sensus auctoritatis patet. Sana me Domine, & sanabor, &c. Nimirum, Si sanaberis, sanabor perfectè; sicut omnino liber ero à cunctis periculis, si salvaveris, promptè & plenè sanus & salvus. Phrasè Plautinâ, in Epidic. Act. 1. scen. 1. v. 18. Pugilicè, atque athleticè: & in Bacchid. Act. 2. scen. 3. v. 14. Panceraticè, atque athleticè. Si sanaveris, erit perfectè sanitas: si salvaveris, erit consummata libertas. Hinc David, Psalm. 118. 117. Adiuva me, & salvus ero: etenim te volente & adiuvante, vel me renuente, facies ut velim sanari per gratiam, & salvari per gloriam: egimus ex proposito fusè hic Tautolog. 2. ad illud: Edificabo te & edificaberis: Convertere me & convertar. Principale propositum testimonij est expressio gratiæ Dei & nostræ libertatis. Ipse homo (inquit Augustin. ferm. 5. in Matth.) voluntate sua se sanare non potuit. Non queris medicum, ut vulneret te; sed eum vulneraveris te, quavis qui sanat te. Ex illo, Magist. Sentent. lib. 2. distind. 27. ubi: Gratia qua sanat & liberat voluntatem, cum non sit ex arbitrio voluntatis, sed eam potius sanat, ac præparet, ut bona sit; consequitur, ut virtus non sit ex libero arbitrio: & ita non sit motus vel affectus mentis, cum omnis motus vel affectus mentis sit ex libero arbitrio: sed bonus ex gratia est & libero arbitrio; malus verbè ex libero arbitrio tantum, &c. Adisif DD. Scholasticos hic. In nostram interpretationem cum conditionali particula aridet Homerus, 9. Odyss. v. 485. ubi Polyphemus ab Ulyssè excæcatus, de Numine dixit:

Ipsum si voluerit, sanabit, neque quisquam alius. De alijs sanitatibus dici quis, quod Diogenes Cynicus de quibusdam lavantibus se in lacu sordido: Qui hic lavant, ubi lavantur? Eralm. 3. Apophtheg. n. 18. Ni Deus lavet, nemo mundus à sorde. Hoc intuitu dicit: Lavamini, mundi estote. Ni perfectè laventur; non lavantur: & lavari debent, quousque mundi sint; quod quidem acmo facit nisi Deus. Aliter, ut succinit Prosper, de Ingratis, v. 850.

Saper instabilem arbitrij nutantis arenam Assurgunt, sœda lapsuri mole tumoris.

34 Perfectè igitur exilio, igneque Babylónico, sana & salva Synagoga; equidem propter æruginis idololatriæ excussione eliminatio & comminata & pericula. Quia abierunt post pravitatem cordis sui, & post Baalim, quod didicerunt à patribus suis; scitò hoc dicit Dominus: Ecce ego cibabo populum istum absynthio, & potum dabo eis aquam fellis: & dispergam eos in gentibus, &c. Ierem. 9. v. 14. Ceterum ut misericos reduxit eos in terram promissionis postliminiò: ut vidimus promissum præf. Tautologij. Iratus & miserus est, ut educeret rubiginem; non in Babylone utique, in quam eius ira extensa in generationem & generationem: equidem redactam floridissimum regnum in ultimum exterminium. Incidit in foveam quam fecit, converso in caput dolore, & in vertice ipsius meditata & conversâ iniquitate. Filia Babylonis misera: beatus qui retribuet tibi retributionem, quam retribuisti nobis, &c. Optat David, Psalm. 136. v. 8. Extremum de ea iudicium exprimitur per Itaiam à Numine irato. Scopabo, eam in scopâ terens, dicit Dominus. Nervose Doctis. Sanctius hic n. 38. Illa coniugatorum contumèlio (inquit) scilicet, Scopabo in scopâ, accuratum studium verentis ostendit; qui minutissimum quoque pulvisculum scrutatur & abolet. Illud verò Scopâ terens, accuratum aliquod indicat, quasi verendum sit pavimentum non molli brachio, aut suspensâ scopâ, sed apprehensa manu sedulâ ac forti. Dialecto nostra: No sobreptys. Alia phrasè idem obicit Ieremias (postquam de excidio Babylónico dedit Saraiæ scripturam in Euphratem cum lapide summergendam, cum sententia: Sic summergetur Babylon, & non surgetur à face afflictionis) dicens: Mittam in Babylonem ventilatores, & ventilabunt eam, & demolientur. Non hic sumenda est ventilatio pro ventilatione pugnam, dum hilari animo certaminis votum gladiatores exponebant, hastas & gladios iactantes in aëra, parmas & clypeos venuste cum caderent, excipientes, quod ventilare dicebatur, probatque Lipsius ex varijs AA. latè, 2. Saturnal. cap. 19. & Dalecamp. in 26. Plin. cap. ultimum. sed pro ipsa pugna & vallatione. Unde sensus testimonij: Haudquaquam ventilabitur Babylon, uti Ierusalem, ut excusso pulvere & paleâ, triticum expurgatum congregetur in horrea; sed atteretur scopis, ut eius quæ in pulverem redacta, ventiletur pulvis (Quasi pulverem in tritura area. 4. Reg. 13. 7.) fieretque ob flagitia idololatriæ, tanquam pulvis quem projicit ventus à facie terræ. Indicant eius vel pulverem evanuisse lectiones variæ. Septuag. Reducam in paludes aquarum. Summeria, describitur sicut Sodomâ in momento, & non invenerunt in ea manus. Isai. 13. 19. & Ierem. 50. 40. Incensabo eam cœnostate. Ar. Mountan. Dissipabo scopis dispersionis. Pagnin. Scopâ desolationis: Maluend. Terram cum scopâ vastatrice: Tigrin. Intelligitur ergo non solum ulque in pulverem disiecta tota gloria Babylonis; sed rufus etiam reductionis pulvis. Ita de Tyro Ezech. 26. 4. Radam pulverem eius de ea. Hac metaphorâ solet ostendi clades extrema: in cuius signum occurrit Dionis spectrum: etenim cum paratæ essent insidie, ut traderetur inopinatò mortis; strepitu excitatus, ut ait in eo Plutarch. Magnam contulit est mulierem, qua habitu vultuque nihil à tragica Furia distans, domum scopis verreret.

35 Babylon maxime quassata dum expugnata à Cyro. Iustin. 2. Histor. modus exponitur à Ioann. Freinshem. in Topograph. Babylon. n. 19. ad cap. 1. lib. 5. Q. Curt. de Histor. Alex. Magn. Sub Dario vehementius, cum Assyrij descivissent, ab illo expugnata, & in manus eius tradita Zopyri, seu Zophyri industria. Ibid. Iustin. Diodor. Siculus, lib. 2. Ipsius Babylonis (inquit) exigua quadam portio nunc habitatur, maximeque intra muros pars agrorum cultui est exposita. Strabo lib. 16. Urbis partem (inquit) Persæ diruerunt, partem tempus consumpsit; præsertim postquam Seleucus Nicator Seleuciam ad Tygrin condidit. Idem Appian. in Syriac. Ioseph. 12. Antiq. cap. 1. & 18. cap. 12. Paulan. præ omnibus, cap. 264. Babylonia omnium, quas unquam Sol aspexit, urbium maxima; tam nihil præter muros reliqui habet. Cecidit, cecidit Babylon, ut dicitur, Isai. 21. 9. Ierem. 51. 8. & Apoc. 18. 2. Non imperè arbitror ad pulverem redactam Babylonem, nec excussum se-

Homer. Purificatio à crimine, ut perfectissimul lavat. Ierem. 17. 14. 16. S. Prosper.

Isai. 14. 23.

Ierem. 51. 4.

Quid scopâ atteri, & à ventilatore ventilari.

Plutarchi

Diod. Sicul. Strab.

Paulan.

mel ruinarum pulverem; sed semel & iterum crebris belli tempestatibus, & incursum turbinibus, illius mirabilem gloriam, atque regiam celsitudinem devenisse in extremam vastationem. *Babylonem in eodem situ* (Ar. Montani sunt verba ad illud Isai. 1.4.22. *Perdam Babylonis nomen*) ac eodem loco ex quo *eversa iam semel fuerit, nunquam iterum cessuram, aut refectendam: ita enim divino iudicio ad perpetuam ruinam & eversum damnata fuit, ut nunquam ibidem quispiam hominum habitaverit.*

36 Huiusmodi comminationibus haud extremam vastationem designari, astruit Théo. doret. in 4. Baruch. *Hanc ultionem passa est (inquit) operâ Persarum: at vero ostendit hic sermo non proforsit illam fore inhabitabilem.* Idem Procop. in 13. *Isai.* & Basil. in cap. 14. Quare Doctis. Sanctio in 50. *Ierem.* n. 31. placuit esse hyperbolicam locutionem, haud quia penitus extincta, sed quia diu & à multis quassata, & non ita Babylon sicut fulserat, gloriosa. Ita enim intelligendum illud Matth. 23. 38. *Eecce relinquetur domus vestra deserta: cap. 2.4.2. Non relinquetur hic lapis super lapidem, qui non destruat.* Post Titi & Adriani vastationem relicta sunt multa, quæ adhuc extant ex antiqua fabrica. Fateor aliquando locutiones sacr. paginæ sicine intelligendas, sed dum constat aliquod testimonium contrarium, etiam post fulminatam loci vel civitatis exterminium extremam: equidem nisi per vulgarem hyperbolen, haud possumus conciliare contradictionem. Sit ergo exemplum, quod quidem in propositam exillimo necessarium. Eiaculata sagitta per fenestram Orientalem, in salutem Israël, ægrotante Eliseo; dixit hic Regi Ioâs iaculatori: *Sagitta salutis Domini, & sagitta salutis contra Syriam: percussitque Syriam in Aphec, donec consumas eam.* Iussit Propheta Regem, percutere terram, quod ter fecit: & iratus in eum Eliseus: dixit illi: *Si percussisses, quinquies, aut sexies, sive septies; percussisses Syriam usque ad consumptionem.* Relicta ergo Scholasticis Theologis disputatione de promissis conditionatis (de quo egimus & hic *Tautolog.* 2. à n. 21. & *Tom.* 5. T. 6. à n. 22.) occurrit, quomodo si in consumptionem Syriæ prima sagitta; in eius consumptionem necessarium quasi signum, quod plus quam ter percuteretur terra? An quia primùm in Aphec (de qua Adrichom. in *Isachar.* n. 7.) clades designata, postque Syriæ strages absoluta? Aptius arbitror, primâ iaculatione signatum Syriæ exterminium, sed non extremum: quo quidem poteretur usque in calamitatem ultimam, si plus quam ter Ioâs sagittasset terram: Primò *Consumptio*, significat cladem, secundo omnimodam destructionem. Hinc Biblia Antiqua dicit: *Usque ad consumptionem*: quasi ita futura Syriæ ruina, ut illius nulla prestitisset memoria.

Hyperbol.

4. Reg. 13. à 17.

Rari in Scriptura admittenda, nisi pro concilianda antilogia.

Babylon omnino deleta.

Isidor. Clar.

Lucan.

Gr. Magn.

Varietas lecti.

37 Nullum sanè testimonium in contrarium urget nos, ne destructionem Babylonis interpretemur, præter sonat; ita ut non solum periret tantæ civitatis fabrica, sed etiam ruina: deletereturque per extremam cladem, etiam Babylonis nomen. *Ab ira Domini non habitabitur, sed redigetur tota in solitudinem.* Ierem. 50. 13. quo in loco Isidor. Clarius inquit: *Quæ nunc Babylon dicitur, alio in loco est: neque ullum domicilium ruinis tantæ urbis superstes apparet, si historijs creditur.* Idem Maldonat. in Ierem. 51. 26. & Guevar. in *Habac.* 2. §. 56. Ita igitur scopis scopata & trita; ut tanta moles redigeretur in pulverem; insuperque in ruina ita ventilaretur, ut pulvis etiam spargeretur per ætrem,

—Tanta licentia ferri

Cùmque superba foret Babylon spolianda tropæis.

Ut canit Lucanus, 1. *Pbar.* sal. v. 8. Quod Ierusalem sit in eodem fere & loco, constat factum ex Adrichom. in *Theatr.* titul. *Ierusalem.* Castill. in *Devot. Peregrin.* lib. 3. à cap. 1. Villalpand. tom. 3. in *Bezech.* in Urb. topograph. demumque Gregor. Mag. Homil. 39. in *Evangel.* ubi: *Non relinquent in te lapidem super lapidem. Etiam ipsa eiusdem civitatis transmigratione testatur, quia dum nunc in eo loco constructa est, ubi extra portam fuerat Dominus crucifixus; prior illa Ierusalem, ut dicitur, funditus est eversa.* Calamus ergo refectatur in Versiones, igitur ut potuimus, Tautologiam delicavimus.

38 *Utrum vivere queam de infirmitate mea hac.* Maluend. *Si vivam de egritudine ista.* Iosephus & alij: *An convalescam, sanitatem recepturus?* Arab. *An revalescam?* Æthiop. & Samarit. *An futurus sicut prius?* Dicendum ergo aliquid ad mores, ut ægri, per penitentiam & contritionem cordium & criminum; surgamus valide ab infirmitate peccatorum,

ADINATON EXEGETICUM:

Epilog. ex curs.

1. De infirmitate mea hac. Si Hanc dicit, aliam supponit. Utique: erat alia & gravior infirmitas ab origine, ex qua faucij generis infirmitates, atque traducti à radice languores. Erat infirmitas ex capitis conditione, ac proprio capite: diciturque *De hac*, cum lapsus ex illa sit; quippequam ad illam efficax alexipharmacum, duntaxat per crucis lignum.
2. De hac. Dum hæc singulariter dicitur; alia proculdubio subfignatur. Profectò; regnabat ibi; uti in aula moderatrix ambitio: & nequaquam dicit *Hæc*, de egritudine ambitionis; quippe in cordibus ambitio universæ infirmitates.
3. De hac. Quænam ergo, si non hæc? Cordis dilectio, qua infirmum validum, & facile solidum; virgoque in Martyrio dicitur *De infirmitate mea hac*; ut Triumphus gloriosior sit: igitur valide tyrannorum fragit potentias ipsa virginis fragilitas.

4. De infirmitate mea hac. Rex qui hancine sustinet, aliam cognoscit. Profectò; & gravior animo, quæ grassatur in aula; ex veritatis absentia: equidem etsi levior, quia occultus languor; excedit gravissimam egritudinem; nolle in palatio recipere veritatem.
5. De infirmitate mea hac; quæ corporis de qua doleo, quin animæ infirmitatis accesserit penitudo. Ab affectus non fit passio; unde nec penitet cor: infirmitate labat corpus: duntaxat molestat hæc: equidem estò gravioris animæ, criminum frequentatione; minimè dolet de vulnere; consuetudine peccati.
6. De infirmitate mea hac, dicit Petrus Nolasus. Quænam hæc? Magna sanè ex cordis vulnere. Saucius erit charitate; hancque in carnis infirmitate infirmitatem designat; quippequam in languore tantum amore languebat.

DIDASCALIA PRIMA.

Lignum vitæ salutis ægris, efficax remedium mortis.

Tautologie de infirmitate respondet Didascalia de salutis ut modus etiam excedat, & unde mors, inde vita resurgat; Ne rationem animi temeraria pectora solvant.

German.

Cæf.

Idem.

4. Reg. 1.2.

Cruce prius ei vulneris medicina.

quo iactura, sublimior: erat infirmitas & infirmitas: infirmitas ex capitis conditione, ac proprio capite: diciturque *De hac*, cum lapsus ex illa sit; quoniam ad illam efficax generosum medicamen duntaxat conferendum à Salvatore per crucem.

2. *Lignum mirificum* (ait Ctesias in *Reb. Arab.* cap. 2.) quod in regijs duntaxat invenitur mortis, nec florem nec fructum producens. Omnia quibus admoventur ad se trahit; aurum, argentum, as, lapides, & alia quilibet, & agnos & aves. Videmus in cruce mirifica,

Quæquid Græca mendax habet in historia. Iuvenc. *Sa.* 174. Ioann. 12. 32.

Iudæi cum viderent lignum aridum, sine flore haud operiebantur fructum: ac effectus ostendit; dum ad se Christus in illo suspensus, omnia traxit, immutans depravatam naturam, conferentemque conciliatricem gratiam: etenim tanquam aurum & argentum vertit pretiosa, quæ peribant ad malum æneæ corda atque lapidea. Omnia traxit, & in celum ad hominum gloriam, qui oculos suos statuerunt declinare in terram, truculentia percit; ut ingularent in occulto reos corde: in cruceque traxit omnia, demulcens pectora; quoniam ut aves terrige-

Cruce Christi sui humanum convertit sic peccatum.

Sl 2 nas